






RARE BOOK COLLECTION









POLYGRAPHIAE

LIBRI SEX, IOANNIS TRITHEMII AB
BATHONENSIS, QUONDAM
SPANHEIMENSIS, AD MAXIMILIANVM CAESAREM.



Sum gratia et privilegio L. S.

·IO. TRITHEMIUS·



FOR THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

AD DIVVM MAXIMILIANVM CAESAREM

epistola Ioannis Tritemij, abbatis sancti Iacobi
Herbipolensis, in polygraphiam.

*Carmeli S. Mariae in
villa Lucida
1760*



Aerebam nutans animo Maximiliane Caesar inui-
ctissime, & mecū ipse aliquatū subdubitabā, operæ
precium facturus essem necne, si polygraphiæ nostræ
codicem, maiestati tuæ caesareæ dedicarem. Inter ma-
gnos enim es maximus, inter potentiores potentissi-
mus, interq; sapientes quoslibet longe sapientissimus;
cui propterea nihil est inscribendum nisi magnum,
nihil dicandū nisi eruditione summa elucubratum. Ego uero nihil aut pa-
rum eruditionis literariæ consecutus, haud ab re diūtius hæsitauī, si tantæ
maiestati nugas meas deberem inferre; cum neq; ingenio ad lucubran-
dū quippiam sum idoneus, neq; locutionis necessario lepore decoratus.
Noui enim & negare non possum, quam sit mihi curta supellex, inge-
nium rude, ac nullius facundiæ uena dicendi; propter quod & iusta cosy-
deratione aliquādū substīti, & apparere corā tua gloriosa maiestate scri-
ptor ineptus formidauī. Nam cum post deum iure mundi sis dominus,
mirum non est si ego indoctus & ultimus monachorū, censuram tantæ
maiestatis tuæ metuam; & eas lucubrations meas, quas noui manibus
tuis nō esse dignas; offerre pertimescam. Cumq; ista mecum reuoluerem
in animo, superuenit nuncius cū literis a tua celsitudine missis; quibus
me uocasti ad Coloniam, sumptibus pro itinere necessarijs iampridem
per alium destinatis. Relectis autem ferenitatis tuæ litteris, uerecundiam
mox uicit confidentia; & innatæ mansuetudinis tuæ consideratio metū
effugauit. Noui enim tuum ingenium esse mitissimum; qui cum sis om-
nium modestissimus, & mansuescere humilibus soles, & reluctari super-
bis. Nescis inaniter extolli, nec more tyrannorum contemnere humiles,
tuæ celsitudini deuotos; quoniam sicuti non habes quo crescas in terra,
sic animum tuum nulla penetrabit inuidia. Maximus es; multa quoq; &
magna non minus fortiter quā sapienter & pace gessisti & bello; quibus
& nomen es consecutus æternum, & cum summi reuerentia honoris dile-
ctione atq; fauore omnium celebraris subiectorum. Hæ sunt diuitiæ prin-
cipum, amor & fauor populi, & iusticiam facere singulis secundum præ-
ceptum charitatis dei. Cum igitur omnes nomē tuum ad astra ferant lau-
dibus, te mitissimum humanissimūq; prædicent uniuersi; cur mihi singu-
lariter te seueriorem suspicarer, deinceps causa non fuit, præsertim ubi me
ad scribendum epistola tua dignaris allicere. Horum itaq; pensiculatio-
ne tandem animatus, metum omnem deposui, & magnam de innata tibi

mansuetudine fiduciam assumpsi. Enimvero cum omnes de fonte pietatis tuae confidentiam hauriant: solus ego quare fiducialiter non accederem: Qui clemens, mitis, & pius semper es omnibus: mihi uni certe non poteris esse crudelis. Ea igitur qua decet, qua ue deo & possum humilitate, thronum excellentissimae maiestatis tuae in terram prostratus accedo: polygraphiae opus memoratum deuotus offero: & meam paruitatem ferentati tuae ut seruum domino humiliter commendo. Suscipe nunc igitur clementissime Caesar, nimis exiguum quod fero munusculum: in quo subiectissimum tibi animum meum pensulare digneris, non censum. Sunt autem in subiecto polygraphiae nostrae synthemata, in locis certis nonnulla aenygmatis inuoluta mysteria: ne sensus artis penitioris qui later, omnium fieret intelligentiae manifestus. Quemadmodum non omnes omnia decent: ita nec cunctis passim cuncta semper conueniunt. Sunt ergo quaedam isthic introclusa mysteria: quae meo iudicio, nullis quam principibus uiris utiliora esse possunt, & magis necessaria. Quo enim pluribus sunt intenti, eo consilijs maior est adhibenda cautela secreti. Nam iste liber principes docet arcanis suis imperare secretum. Verum quia Caesarea maiestas tua multis occupata, tempus non habet ea perscrutandi quae latent obuoluta mysterijs: ne mei priuatur fructu laboris: encleatorium totius operis libellum apposui: quem polygraphiae clauem praenotani: quo duce facilius omnia intelliges figuris isthic obstrusa. Deus incolumem te ad nostram conferuet salutem. Scripsi, xxvi, die mensis Aprilis, Anno Christi. M. D. VIII.

PINAX SIVE INDEX LVCVBATIONVM

Ioannis Tritemij, primo Spanheimensis, ac postea sancti Iacobi
Herbipolensis abbatis.



Ioannes Tritemius abbas in uilla Tritenheim, Treuer
rensis diocesis, ad ripas Mosellæ fluminis nascitur, prima
die mensis Februarij, hora undecima, minuto tricesimo
post meridiem, anno dominicæ natiuitatis millesimo qua
dringentesimo sexagesimosecundo, indictione Romano
rum decima: patre Ioanne de Heidenberg, matre uero di
cta Helisabet de Longouico: eo uidelicet anno quo Moguntia ciuitas in
dissensione duorum pontificum capta, libertatem perdidit, & seruitu
tem inuenit, multis ciuium in exilium actis: anno Pij papæ eius nomi
nis secundi, currente quarto: & Friderici tertij imperatoris uicesimo secu
do. Anno autem domini Millesimo quadringentesimo octogesimo secu
do, in monasterio Spanheimensi Moguntinæ diocesis prima uidelicet die
Februarij, qua olim fuerat natus, habitum secularem deposuit: & mona
sticum sub norma diui patris Benedicti de obseruantia nouiter introdu
cta, illic assumpsit. Sequenti anno, qui fuit octogesimus tertius supra qua
dringentesimum atq; millesimum, Ioanne de Colenhufen abbate ad Sel
genstat canonica postulatione translato, Ioannes Tritemius cõmunĩ fra
trum electione, in abbatem memorati cœnobij Spanheimensis, quarto
calendas Iulij promotus & ordinatus præfuit annis uigintitribus, mense
uno, diebus decem & nouem. Quibus euolutis, non sine laboribus mul
tis, quorundam æmuloꝝ temeritate prouocatus, abbatiam sancti Iacobi
Herbipolensem, quæ illi offerebatur, assumpsit: & Spanheimensem curis
inutilibus plenam, spontanea uoluntate resignauit. Vtrobicq; plura con
scripsit opuscula: e quibus mihi sua manu in scedula nuper consignauit
subscripta. Quorum tu cum a me titulos amice postules, tuis libenter an
nuo otis: quo cõmunis amici & præceptoris nostri memoriam, ex con
sideratione tantorum laborum eius habeas strictiorem. Et primo quidẽ
lucubrationum earum titulos consignabo, quas in Spanheim abbas exi
stens laboriose composuit. Scripsit in primis constitutiones ordinis sui
quæ factæ fuerunt in capitulis prouincialibus iussione præsidentium, li
brum unum. De uisitatione monachorum, librum unum. De modo
celebrandi capitulum prouinciale, librum unum. In regulam sancti Be
nediti, libros duos. Homelias & sermones exhortatorios ad mona
chos suos, libros duos; quos antecessori suo dicauit. De tentationibus
claustraliũ, & remedijs earundem, libros duos. Ad Nicolau presbyterũ

Mernicensem de uita sacerdotali, librum unum. Contra peculium monachorum, librum unum. De uanitate & miseria huius uitae, librum unum. Opus penthici, id est lugubre de ruina ordinis sui, librum unum. De illustribus uiris sui ordinis, libros quatuor. Laudes ordinis fratrum Carmelitarum, libros duos. Ad Gerlacum abbatem Tuitiensem laudes scriptorum manualium, librum unum. Ad Ioannem Dalburgium, uor maciensem episcopum, de scriptoribus ecclesiasticis, librum unum. De laudibus sanctae Annae auie domini, librum unum. Ad quaestiones Rutgeri Sicambri canonici Dumetis, librum unum. Chronicon monasterij sui Spanheimensis, non paruū uolumen, librū unū. Chronicon siue annales monasterij Hirsaugiensis, duo uolumina magna. Chronicon successione ducum Buarie, & comitum palatinorum, ad Philippum Palatinum comitem, principem electorem, librum unum. Vitam sanctae Hiereminae montalis, & primae abbatisse in horrio Treuerensi, librum unum. De miseria prelatorum claustralium, libros duos. Laudes sancti Andree apostoli, librum unum. Laudes sancti Ioseph nutritij domini, librū unum. Laudes sancti Benedicti abbatis, librum unum. Laudes uitae monasticae, librū unū. Laudes uere poenitentiae, librū unū. Laudes studij diuinarum scripturarū, librum unū. Monologion hominis deo deuoti ad se ipsum, librū unū. De miraculis sanctae matris Annae, librū unum. Ad Udalricū canonicū Coloniensem super quaestionibus in euāgelij Ioannis, librū unū. Ad eundē super quaestionibus psalmodij, librum unum. Ad praesidentes capituli annalis de obseruatione Bursfeldensi, abbreviauit statuta eiusdem unionis, librū unū. Spūale monachoꝝ exercitiū, librū unū. Epithoma seu breuiariū eiusdem, librū unū. De cōputo ecclesiastico, librū unū. De illustribus Germanie scriptoribꝰ ad Iacobū Wympsilingū Rhedapolitanū, librum unum. Epistolarum Spanheimensium ad diuersos, libros quatuor & viginti: quae faciunt, librū unum. Sermones ad fratres suos Spanheimensis cenobij scripsit quadraginta numero pulcherrimos, librum unum. Sermones in diebus festis ad populum, librum unum. Orationes ad deum & sanctos supplicatorias plures, librum unum. Egraco sermone traduxit in latinum, Maximum abbatem de incarnatione domini. Anathemata quoque sancti Cyrilli archiepiscopi Alexandrini, contra haereticos in tertio synodo Ephesina promulgata: Et eiusdem synodi quaedam epistolas. Scripsit etiam pro aedificatione monachorum notabile opus, quod praenotauit de triplici regione claustralium, libros tres. Scripsit & alia quaedam minora opuscula: quorum ad me titulos non signauit. Haec sunt Nicolae frater amantissime, Tritemiana opuscula: quae

per annos tres & uiginti abbas existens lucubrauit in Spanheim, ad dei honorem; in medio curarum, & continua rei familiaris occupatione; legens aut scribens die ac nocte, quotiens sibi ocium licuit subfurari. Maximum librorum in omni facultate thesaurum Spanheimensi bibliothecae per annos quibus praefuit, importauit; non solum arte impressoria, sed etiam manu scriptorum. Nam cum essem apud eum unius anni spacio, pro discendis ab eo literis graecis atq; hebraicis: duo milia numerauit bibliothecae uolumina; quorum ad minus octingenta calamo in pergamento & papyro decenter fuerunt conscripta. Audiui sepius ab eius ore, quod plus quam duo milia florenorum pro libris exposuerit; quos non de monasterij substantia, quae ualde semper fuit exilis, acceperat; sed cum multis & notis & charis esset principibus, munera quibus honorabatur ab eis, ut plurimum pro libris exposuit. Maximus enim librorum amator & cultor est supra omnes, quos ego noui hodie in carne uiuentes. Dicitur autem a multis, quod eius successor, qui nunc est abbas in Spanheim, uolumina plura alienauerit; quod an sit uerum, certe mihi minime constat.

Anno domini millesimo quingentesimo quarto, cum inter regnum & Philippum comitem palatinum atrox fuisset bellum exortum; Tritemius hostium metu, cum sua bibliotheca & rebus monasterij, ad Crucianicum proximum secessit oppidum; & ego similiter ad mea fui reuersus. Anno autem sexto supra quingentesimum atq; millesimum, de mense octobri Tritemius ipse quorundam inuidia stimulatus, ab baciam sancti Iacobi apud Wirceburch accepit; & Spanheimensem resignauit. Vbi uaria scribit quietus; quorum ad me titulos nuper istos transmisit rogatus. Ad Maximilianum Caesarem opus mirandum aedidit, quod Polygraphiam praenotauit, libros sex. Ad eundem eiusdem polygraphiae clauem, librum unum. Responiones ad octo quaestiones eiusdem Caesaris, librū unū. Ad eundem de septem intelligentijs mouentibus orbem, librum unum. Ad Ioachim Marchionem Brandenburgensem principem electorem, uariarum quaestionum, orationum, & propositionum libros uiginti. Ad eundem de praenotionibus licitis christiano, & non licitis, libros duos. Ad eundem scripsit mirandum & laboriosum opus illud steganographiae libros octo; quod temerarius ille Bouillus non capiens, imperitissime & falsissime reprehendit. Ad eundem principem epistolarum, librum unum. Ad eundem contra maleficos, & omnes artes, & superstitiones ab ecclesia prohibitas, libros quinque.

Ad eundem de causis & cura morbi caduci, ac maleficorum, libros tres.

Ad Iacobum Tritemium fratrem suum itinerarium uitae suae, libros duos.

Ad Burghardum de Horneck medicum de peculio monialium, librum

unum. Historiā siue annales de origine, regibus, & gestis populi Franco-
rum & Germanorum scripsit tria magna uolumina; narrationem inci-
piens a Marcomero rege, qui populum anno ante incarnationem domi-
ni quadragesimo tricesimo tertio, a Scythiā finibus in Germaniam edu-
xit ad ostia Rheni, usq; in uicesimum octauum & nonum annum Maxi-
miliani Cæsaris. Ad Laurentium Wirceburgensem episcopum, orienta-
lisq; Franciæ ducem, epithoma siue breuiarium scripsit eorundem trium
uoluminum historiā, libros tres. Ad eundem de ducibus & episcopis
Francorum Wirceburgensium, librum unum. De miraculis ad memo-
riam dominæ nostræ sanctæ Mariæ apud Dittelbach ostēsis, libros duos.

De miraculis eiusdē in vrticeto apud Helprunnā ostēsis, libros sex.
Apologeticum in Carolum Bouillum, ea quæ non intellexit calumnian-
tem, librum unum. De origine & regibus Francorum, librum unum.

Chronicon monasterij sui, cui nunc præsidet, diui Jacobi apud wirti-
burg, librum unum. Ad Albertū ex marchionibus Brandenburgij, ar-
chiepiscopū Moguntinū & Magdeburgensem, uitā diuini Rabani archi-
episcopi, libros tres. De eiusdem a Magunciaco translatione in Saxo-
niā, librum unum. Ad eundem uitam sancti Maximi episcopi, librū
unum. Ad Ioannem comitem palatinum, Bauriæq; ducem & comitem
in Spanheim, apud Symerū residentem, de origine, regibus, ac ducibus
Baurorum simul & comitum palatinorum & spanhemensium, libros
quatuor. De demonibus & artibus profanis, maleficis & superstitiosis
laboriosum opus uersat in manibus, quod libros habebit duodecim: in
quibus omnia diabolicarum artium uasframenta explodit, confundit &
euerit. Epistolarū Herbipolensium, quas in ea scripsit abbatia, libros
quatuor. Scripsit etiam alia minora complura, suæ & amicorum deuo-
tioni congrua: ut sunt, Cursus, rosarium, missale officium, & uarię ora-
tiones, simul & profæ siue sequentiæ de sancta Anna saluatoris nostri
auia. Scripsit & de sancta Maria Magdalena laudes, preces atq; ro-
sarium. De sancto Ioseph nutritio domini rosariū. De sancto Petro apo-
stolo rosarium. De sancto Ioanne euangelista rosarium. Ad instantiā
Ioannis archiepiscopi Treuirorum sequentiam de Anna, quæ incipit,
Iesu cœlorū regis: sub melodiā, Aue præclara. Aliam in eius festo canen-
dam: quæ incipit, Exultent in hac die. Tertiam ad prouincialem carne-
sitarum Augusta: & incipit, Iubilemus in honore. Quartam de sancta
Hildegarde uirgine: quæ sic incipit, Laus sit tibi domine rex æternę glo-
rię. Quintam de sancto Ruperto Bingiorum duce: quæ incipit, Exul-
tent in hac die. Sextam de sancto Ioseph nutritio domini: & sic inci-
pit, Cantemus inlyti. Septimam de sancto Rabano archiepiscopo.

Octauam de uulneribus Christi; quæ sic incipit, Iesum Christum adoremus, crucifixo comploremus. Nonam de compassione beatæ Mariæ semper uirginis; & sic incipit, Eia ploremus mente pia, beatæ uirgini Mariæ compatientes; Sub melodïa scilicet, Aue præclara. Decimam de sancto Ioachim genitore nostræ dominæ; quæ sic incipit, Trinitatem adoremus, unitatem collaudemus, patris, nati, spiritus. Vndecimã de bono cuiusq; hominis angelo proprio. Duodecimam in propria missa cuiusq; sacerdotis. Tredecimam de sancto Maximo, episcopo Moguntino. Quartamdecimam de sancta Martha uirgine, Christi hospita. Quintamdecimam de sancta Maria magdalena. Sextamdecimã de sancta Maria ægyptia. Septimamdecimam de sancto Iacobo maiore apostolo. Octauamdecimam de sancto Andrea apostolo. Nonamdecimam de sancto Benedicto abbate. Vicesimã de omnibus sanctis. Et de singulis nominatis memorijs & sanctis officia missæ singula composuit noua, diuinis scripturis conformia. Scripsit præterea meditationum & orationum dominicæ incarnationis, natiuitatis, uitæ, passionis & mortis opusculum, deuotioni cõueniens, libros duos. Speculum celestis doctrinæ, compunctioni mentis non parum deferuiens, librum unum; qui sic incipit, Salutis humanæ principium. Multas quoq; deuotissimas meditationes & orationes de domino nostro Iesu Christo, de sanctissima eius genitrice uirgine Maria, atq; de uarijs sanctis pulchra uarietate composuit; cum ingentibus alijs, quæ uidebit & mirabitur deuota posteritas omnis. Hæc sunt mi Nicolæ charissimæ Tritemij abbatis nostri uolumina, quæ per annos fere trigintaduos contumuo lucubravit studio; præter illa quæ nondum perfecta in manibus uersantur sub incude mihi incognita. Vale; ex edibus meis Duraclufanis, quinta mensis Octobris; Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo Quintodecimo; Ioannes Duraclufius.

Finis adest indicis operum Ioannis Tritemij abbatis

diui Iacobi wirtiburgensis; ex epistola Ioan-

nis Duraclufij discipuli eius, ad

Nicolaum hamerium

emelanum.

IOANNIS TRITEMII ABBATIS DIVI
Iacobi Herbipolensis in polygraphiā ad Maximī
lianum Cæsarem præfatio.



Egimus complures ueterū sapiētes, philosophos, reges & prin-
cipes, olim uarios atq; multiplices excogitauisse modos, qbus
nuncijs suis ad loca remotiora mittendis tuto cōmitterent arca-
na consilij, & quicquid mysterij confidendum occurrisset secre-
ti: quo fierent in perferēdis idonei, atq; ab omni prauorum incurfione se-
cūri, ne uel simplicitas cabalisticorū denudaret mysterium, uel buaceo-
rum innata curiositas apostolicis rebus inferret detrimentum. Magnus
ex his Romanorū Cæsar Augustus, tenebroso cupiens in arduis uti nun-
ciorum ministerio, spiramina uocis cōceptæ mutauit ex lucidis in opacā:
quorū barbariem uotis renitentem, metathefos orchemate pulchra in-
uentione ad nutum conuenientem effecit. Et iste receptiuus & quasi per-
petuus ordo thelemati nihilominus & temporis rationi subiectus, quāq;
nuncios ab incurfione buaceorum conseruet in uia securos: sui tamen
regulatas non custodiens metas, intuentes faciet omnes de suspicione
rei sollicitos. Archimedes ille Syracusius mathematicorum facile prin-
ceps, albam suis conuenientem institutis uolucrem, nudam per caput &
pedes, bacro in formam tetragoni reciso, circūferenter affixit: ordinatisq;
debita proportione ministris, opus uolatili cōmendauit instrumento, do-
nec in picam imago uolucris albę mutata cōparuit. Quo rite peracto, re-
soluit affixam sua manu: quā ut auolare permisisset, facta est subito inter
familiares penetralium facies disiunctio magna: surrexitq; mox tortuosa
imaginis monastica prius monstrum nimis uagabundum: cuius in aspe-
ctu nemo quod erat, potuit cogitare. Nec prius conqueuit buborum dis-
fensio, donec imago magistri, picam scite religasset tetragano consimili.

Marcus Tullius Cicero facūdus orator, ingenio usus & arte, phraeos
minutias cōmutauit in signa, & thelematos sui philergiam siue characte-
rem pro usitata phrasi locauit. Tanta uero in hac ipsa nouitate usus est co-
pia, ut rebus pene cunctis in mūdo, eius sufficere possit intūctio. His autē
mysteriorum prænunciatoribus artis institutio mirandam contulit agili-
tatem, ut præter naturam omniū solidis utantur gressibus pedum: & non
per minutias uel momenta, sed gradibus integris bonæ magistri subser-
uiant uoluntati. Quorum rex tutissime uti semper potest obsequio, quibus
non sine magno labore, manifestaq; buaceorū suspicione. Cyprianus
uero Carthaginēsis ecclesiæ sanctissim⁹ præsul & martyr, ipsa Ciceronia-
næ institutionis documēta, christianorū uolens providere utilitati, haud
mediocriter ampliauit: & quæ nostris defuerant moribus, adiunxit.

Pharamundus quoq; tertius & quadragesimus post Marcomerum

Francorū in Germania rex potentissimus, cū anno dominicæ natiuitatis quadragesimo uicesimo quarto, fines Gallorum potenter intraret, ut fierent omnia tuto, suis arcanis alligauit minutias peregrinas.

Clodius etiā Crinitus Pharamūdi maior natu filius, patri succedēs in regno Francorū, posteaq; totam Galliam suo uolenter subiugasset imperio, Gallos omnes ut uictos & seruos depilari, & barba radi præcepit, Francos autem Gallorum uictores & dominos, comam nutrire mandauit, & barbam. Vnde & crinitus est dictus. Imitatione genitoris mysteria consilij notis inuoluit proprijs ac peregrinis. Carolus Magnus cognomine, tertius & sexagesimus post Marcomerū Francorū rex, qui primus ex Francis imperauit Romanis, Nannone grammatico præceptore, linguam Germanicā, quæ illi fuit paterna, in latinā cupiens regulis exornare grammaticis, arduum opus incepit, quod tamen multis implicitis, & morte præuentus non perfecit. Bubones minutis alligauit & uarijs, & multis, quo maiorem Brabantia natum, siue Namurci Germania nō habuit. Singulis regni præfectis, singulos contulit arte bubones. Nortmanni ex Gothiæ finibus egressi, cum olim crudeliter Galliam deuastarent, uocatis & Grecia bubonibus, tutum suis latibulum parauerunt arcanis, quod hodie paucis est notum. Beda noster in Angliā monachus, Nortmannorū facti non ignarus, plura his similia ueterum descripsit inuenta, quibus iter mysterijs lucidū fecerunt opacum. Ipse astrologiam primus memorie posteritatis cōmendauit, & dactilologiam inuenit. Fuerunt qui accidentijs uisibilibus minuta discernere, q̄rū prudētia nox uerrebatur in diē, & sine bubonū ministerio lux splendebat in tenebris. De his autem steganographiæ nostræ quōdam sollicitatur illustris comes palatinus princeps elector, documēti a nobis probati manifestū suscepit experimentum. Alij uero minutias diuisione regulata multiplicantes, barbarorum ad instar, naturæ schemata subuerterunt, in tenebris orchemata nascentium umbra secretantes, & ubi consilij requirebat arcanū, per diapyramata cabalam subministrabāt absentibus. Magnus in his labor est, annoq; mentis exercitatio longa, in qua nemo sit repente peritus ad usum. Omnia necessitas suffert. Fuerunt etiā quos harmonia celestis peregrinas docuit componere uoces, quarū duplex fuit intelligentibus usus, dum alter sensum suspendebat, alter in athera mentem. Deus omnia potest. Conati sunt plures in umbra sine lumine querere lucē, minime tamen potuerunt, quia sepultus iacet in cineribus ignis. Nonnulli exercitati laruarum pictores, ueniam unū in duos distinxerunt ad punctū, quorum alter misophos in

tenebris latitat semp, alter uero lucis amator philophos tenebras odit
lucem diligit, arcanum bubone custodit. Rursus Beda fuerunt cōte
stante nōnulli, quorū intentio progrediens ad latiora, inuisibilē ocu-
lis uentum rebus colligabat uisibilibus, & uegetabilia multa, nec mi-
nus lapides atq; fructea, quæ uocibus carēt, lingua cogebat loqui hu-
mana. Quid inferam bruta, cū arti obtemperent cūcta? Hoc arcanum
omnibus inuentis hactenus iure præfertur, per quod occulta mysteri-
orum robur assumunt atq; uirtutē, lubet tamen ratio magnū abscon-
dere paruis, & margaritas nullatenus cōmittere porcis. Ex nihilo ni-
hil reportatur. Nota uisibiliū rerū multitudo est magna, nobis uero
manent inuisibilia remota, si prudenter illis coaptentur ista, mens ho-
minis illuminata cognosceret & intueretur miranda. Verū de his plu-
ra tractare nō est p̄sentis propositū, quæ eō sint maiora & grauiora, re-
quirūt aliud opus & tempus. Mathias Vngariæ potentissimus rex,
& durior adamantē mallens turcarū, qui nostro æuo multa cū hostib⁹
crucis Christi uictor prælia gessit, ingenio & arte miranda reperit plu-
ra, bubones periphraſmatibus ornauit, sua tenuit mysteria, multiplici
uarietate secreta, hostiū uero cōsilia destruxit industria manifesta. Sa-
pientiā prælit auro, propterea semp uictor gloriosus triumphabat.

Adest uiro sapiēti mens sana in corpe bene morigerato, quæ desyde-
rio sublimioris intelligentiæ sursum acta, cū per similitudinē binarij a-
ternario redierit in unitatē, deinceps iā facile ad denariū cōsurget.

Pythagoras Samius ille phūs, discipulos monuit nō esse quaternarij
obliuiscendū, in quo prima numerandi p̄fectio cōprehenditur. Sic ete-
nim numeramus, Vnū, duo, tria, quatuor. Siste mentē, habes nancq; de-
cē. Denarius enim perfectionis est caput. Quid sunt undecim, nisi de-
narius & unitas? Quid uiginti? Bis decē. Quid triginta? Ter decem.
Quid quadraginta? Quater decē. Centū habes, & a quaternario mini-
me recessisti. Et quid sunt centū, nisi decies decē? Profunda in his latēt
mysteria, & paucis sunt manifesta. Amore breuitatis silentio plures
p̄terimus, qui naturā arte iuuantes, arcanis prudentiā adhibuerunt, &
quod nesciētibus multis uidebatur impossibile, sagaci studio in usum
facilē producerūt. Culta mēs grandia p̄t, & qui adheret deo, intelli-
gentia fit mundo altior. Multa sunt mysteria regū, & curis plena cō-
silia, in quib⁹ cōsiliētia requirūt & fides, q̄ rara nocet credēt, & dubiū
etiā cū adest, sepius admittit. Operēptiū idcirco fuerit principes omnes
phōs esse, atq; singulari p̄ditus sapiētia, iustos, māsueros, b̄nuolus, &
munificētia insignes, ut nec alios ipsi uelint decipere, nec ab alijs faci-
le queat supplantari. Sola prudētiē comes iustitia, principē efficit glo-
riofum.

Ad memorati principis, & domini electoris Philippi Comitis palatini, Bavarieq; ducis instantiam, ego Ioannes Tritemius, nunc abbas monasterij sancti Iacobi apud Wirzburg, tunc uero diui Martini praesulis in Spanheim Moguntine diocesis, octo mysteriorum libros in steganographia scribere coepi. Me autem in tertio iam libro eiusdem operis lucubrationem continuante, res contigit, quam breuiter si potero, sum dicturus.

Anno dominicæ natiuitatis millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, indictione Romanorum secunda; sciscitanti per epistolam Arnoldo Bostio Carmelitæ Gandauensis oppidi, quid noui ederem, quibusue studijs occuparer, altera palmarum die per mercatores ut amico rescripsit: me habere sub incude nouū & mirandum steganographiæ opus; & quid in singulis contineretur libris, per ordinem referauit. Verum prius quæ epistola mea peruenisset Gandauum, Bostius in diebus paschalibus e uita migravit ad Christum. Cuius loci prior literas accepit, aperuit, legit promissorūq; nouitate (ut reor) attonitus, multis alijs rogantibus legendas & rescribendas cōmunicauit. Hinc est factum quod ipsa epistola mea, breui tempore per totam pene Germaniā & Galliā deuulgata, sepiusq; a pluribus rescripta, multos etiam doctissimos uiros conuertit in stuporē & admirationem; usq; adeo ut quid eum ueritate sentire deberent de me hæsitarent. Ex his fuere nonnulli qui meas in dicta epistola pollicitationes constanter asseuerarent friuolas, impossibiles, atq; mendaces, & a me inanis gloriæ causa impudēter excogitatas. Alij uero dicebant: Magna & miranda pollicetur iste abbas Tritemius; quæ si potest, non aliter quam dæmonum ministerio potest; cum naturæ metas procul uideantur excedere. Si uero non potest: quis eum dubitabit esse mendacem, & ab omnibus uiris bonis & doctis merito refutandū: Sed absit procul utrūq; a me: quoniā naturalia promisi. Omnium uero incognita mea temere iudicantium, maxime temerarius, & iniquissimus rerum æstimator tandem prorupit in medium, Carolus Bouillus, natione Picardus; qui cum superioribus partibus Alsatiæ peragratis, ad me gratia hospicij uenisset in Spanheim per Treuiros rediturus in Galliā; qua poteram humanitate ipsum tractaui, & omnia hospitalitatis beneficia quādiu mecum fuit, hilari uultu exhibui. Cūq; ut fieri solet inter amicos maxime litterarum studiosos, omnia mea gratissimo hospiti exhibuissem uidenda; cum alijs se obtulit etiam memoratum opus steganographiæ necdum eo tempore consummatum. Vidit Bouillus, & obiter legit, mente aliunde occupatus se adinuentum mirari dixit, laudauit; nec quo intelligeretur modo, curauit. Vnde cum non peteret intelligentiæ clauem: nihil eorum quæ continebantur in ipsa lucubratione nostra, meruit audire uel percipere.

Reuersus post hæc in Galliam, malū nobis pro bono reddidit: & christi-
anae lædus amicitiae turpiter uolauit. Interrogatus enim per dominum
Germanum de Ganay, cōmunem amicum, postea episcopum Aurelia-
nensem, quid apud me reperisset, uidissetq; in Spanheim; falsa pro ueris,
& mendacia pro beneficijs rescripsit; damnans & temere iudicans ea, quæ
comprehendere intellectu minime ualebat. Nam cum doctrinæ sibi pal-
mam inuidia & mendacio crederet fore conferendam: epistolam ad me-
moratum uirum doctissimum falsitate, mendacijs, iniurijs, & contume-
lijs multis plenam rescripsit; in qua nō intellectu steganographiæ mētio-
nem faciens, me prauis artibus deditum, magum, & necromanticum, fal-
so, mendaciter, & nimis iniuriose temeraria præsumptione præclamat.
Cuius mendacissimis iniurijs & blasphemijs, deo miserante, breui taliter
sum responsurus: quo intelligat omnis posteritas & me innocentem, &
Bouillum impium, crudelem, & temerarium esse in hac parte mēdacem.
Constante assero, ueraciter dico, & confidēter in animam meam iuro,
cum dæmonibus, prauis aut perniciosjs, magicis uel necromanticis arti-
bus me nullum unquā habuisse cōmercium: sed omnia & singula, quæ
uel scripsi, uel scripturum me sum pollicitus, pura esse, sana, naturalia, &
christianæ fidei in nullo penitus aduersa. Vnde nō ueveor mea promissa
coram uiris bonis & doctis, quando & quotiens opus fuerit, dare exami-
ni: quorum determinationi nullatenus intendo reluctari. Quod hanc Bo-
uillanæ temeritatis historiam huic præfationi meæ interposui, causa ratio-
nabilis fuit, ut intelligāt omnes maturo factū cōsilio, quod hæctenus ma-
ner in tenebris opus steganographiæ sepultū; nō quod temeraria Bouilli
iudicia metuam: sed ne causam pluribus uidear dare similibus de me simi-
lia suspicandi. Enim uero quantum ad me attinet, mallem æmulos meos
placare silentio, quā litteris irritare, uel scripturis ad insaniam prouocare.
Satius enim iudicaui, omnia mirabiliter inuenta perpetuo damnare silen-
tio, quā magicæ uel necromanticæ perniciosæ superstitionis notam, falsa
etiam hominum æstimatione incurere. Lateat ergo steganographiā in
tenebris: nec fiat bouilline societati mendaci cōmunis; quæ de rebus ita
dicare consueuit incognitis, & deprauare phamam boni uiri sola libidine
prauitatis. Veruntamen cohortantibus amicis, ut cum Bouillo intelli-
gant æmuli nostri quā temerata & ementitam nobis iniuriam fecerit (ma-
nentē suis in terminis steganographiæ) subiectum opus, quod polygra-
phiā nuncupamus, per sex libros distinctum, in lucem edere consenti-
mus. Legant qui uolunt, & sine stomacho legant hoc uolumen amici: cur-
ius cum latentia mysteria intellexerint omnia, ipsi absq; inuidia sint iudi-
ces, naturalia sint an suspiciosa. Scio enim & certus sum omnia esse syn-

cera, pura, naturalia, & ab omni studio superstitionis malæ remota.

Quotiens autem sermo præcedit obscurior, ea fit ratio: ne gladio defensionis uesanus abuteretur ad interitum, quem animo & mente sanus ad sui deserti munimentum. Nihil tamen propterea in eo continetur mali: cum bonis etiam rebus in malum abutantur peruersi. Quisquis autem hanc additionem nostram condemnare præsumperit, ipse sibi est cõscijs & testis, quod eam nunquam ueraciter intellexit. Celantur sub ænygmatis bus mysteria: ne bacuceis fiant bubonum arcana quomodolibet manifesta. Si quem hæc scire delectat, remota procul inuidia lector accedat.

Sum etenim christianus, sum presbyter sub norma diui patris Benedicti & monachus: christum diligo, & qua possum synceritate mentis deuotus semper adoro: nulla mihi sunt, nulla fuerunt, & protectore deo nulla erunt cum dæmonibus cõmertia: nulla in magicis, necromanticis, seu profanis artibus studia: nullæ occupationes, nulla documeta. Qui de me aliter sentit, male sentit, iniuriam facit, & apertum Bouilli mædacijs defendit. Sed iam nunc ista missa faciamus: & quid in unoquoque polygraphiæ nostræ libro contineatur, per ordinem enarremus.

PIINAX SIVE INDEX EORVM QVAE in primo libro tractantur.



N primo huius Polygraphiæ nostræ libro dictiones latini sermonis, quotquot cernuntur, per ordinem ternarij nostri locantes distribuimus: quarum usu & ministerio cuncti per orbem principes in quibuslibet arcanis tutum reperiet obsequium: quod sine periculo mysterij, sine nota, & sine suspicione bacuceorum, perpetuo manebit occultum. Bubonibus constat his iter tutum, & nulla unquam indagacione cuiusquam uiolandum. Duobus tantum scientia rei latentis conceditur, si binarius scite ad monadem reuocetur. Ignorantia est mater erroris: & qui bonum discere contemnit quod nescit, amat cecitatem. Sunt autem ipsa periphraimata in modum porrecta uel monentis, uel supplicantis: quæ ad omnem huius mundi uisibilem possunt materia uariari. Singulis enim sunt apta mysterijs: & Græcorum non secus ac nostris præponuntur arcanis. Cum ea intellexeris quæ uides, non temere contempnas latentia quæ non uides. Accidentia cernis: substantia manet inuisibilis. Vnde maiora latent: minora intuentibus patent. Quod cum ratione sit factum: nemo uir bonus in malum recipiat: cum omnis idoneus ex his ad altiora possit, modo ue lit, proficere. Mihi autem hac uice non placuit altiora in lucem profun-

dere: cum importunum tempus uideatur obuiare. Latini alphabeti literas per ordinem singulis dictionibus ea consyderatiōe præposui, qua tinus & operator modum habeat in proposito facilem, & reciprocus in relatione a labore nimio releuetur. Paraphrasmata quæ posita sunt extra rectum ordinem linearum, non uacant a mysterio artis: quoniam lucifluis deseruiunt propositiōibus ad perfectionis necessariæ consummationem, non opacis. Propterea quoque assumuntur in illis: negliguntur in istis. Ipsa enim certa sunt media, quibus tollitur omnis suspitio aduersantis. Omnia ratione sunt posita, ut nec una quidem propositio intro ducitur ociosa. Quāto, exempli gratia, sol ab æquinoctiali circulo plus progreditur: tanto habitantibus in illis regionibus dies prolongatur. Propterea ut unitas ordine recto progrediatur mediante ternario in binarium, paradygma quod tradimus, est diligentius obseruandum. Et primo quidem intentionis suæ operator intelligens consyderatione præhabita, quid ternario per binarium sit concessurus animaduertat, diem cum nocte per minuta diuidat, uentorumque minutias, non aliena, sed propria phrasibus suppositione distinguat. In quolibet negotio mystico diligenter caueat, ne constitutum artis peruertat ordinem, nec paraphrasmatum alterum supponat pro altero, nec uni cōcedat alteri debitum, alioquin unitas binarium non admittit, eritque confusa & inutilis operatio tota. Non sit nimia prolixitate nox uaga, non progrediens in istibus ultra constitutos arte sibi terminos, non aquam curiositas permutet in niuem, nec dormiat in die qui noctem uigilat. Mens ingenio sollicita, utatur & arte ne manus committat sua leuitate errorem, qui modicus & paruus in mōnāde, multus semp & maximus in binario consueuit apparere. Vnde de quolibet ordine paraphrasma, in ministeriū arcani dūtaxat admittit, cui seruitutis exemplo, quoties luminis particula diei expostulauerit, phrasibus una similiter subharens, non plures assumuntur. Hæc animo sunt cōmendanda uigilanti, cauendumque ne uentus animetur. Norma post hæc præscribitur accedenti artis ad practicam, ut unam hominis personam ex duabus constantem naturis, anima scilicet uisibilia superante, & carne uisibili manente, quantum præualet arte mystica imitetur. Nam sicut anima non uidetur, licet in corpore sit constituta uisibili, ita mentis arcantum ut secretum maneat, & operetur nihil ominus ad placitum, luminis ductum requirit, perdurans in suo ergasterio tenebrarum. Quoties ergo ministrat anime corpus, domino seruus, rationi uoluntas, fac seruetur in suo uigore naturali principalis in lumine paraphrasmatum potentia uirtus. Hoc enim documento Peripateticorum primus rite ad secundum & monas intrabit binarium. Consequenter item monemus uolentem, ut

quotiens a uento mouetur folium, utriusq; proprietatem naturæ discer-
 nat, ipsamq; noctem diei per gradus & minuta cōparet, ac luci tenebrae
 cōformet. Quod si phœbus nocti, aut nox præiudicauerit soli, per quod
 eclīpse confusio nasceretur, aut unitas resumat binarium, quem dimi-
 sit in lumine, aut umbra noctis ad primam reducatur lineam solis. Me-
 moria tene fixum, quicquid est uspiam in numero, pondere, & mensura
 productum. Cum ergo memoratæ difficultatis nodum incideris, minu-
 tias numera noctis, paraphrasmata quoq; nota diurni luminis, & sic alte-
 rū ex altero distempera, ut sequatur actioni proportio necessaria. Caue
 ne durante solis eclīpsi, necessarium intermittas laborem. Non minus
 attende, ut priscorum sis memor parentum, Thuysconis, qui nepos No-
 he, pater est Theutonum, & Marcomeri, qui primus de Scithiæ finibus
 in Germaniam ad ostia Rheni populum adduxisse legitur Francorum.
 Sunt enim Franci fratres Græcorum, & intermixti Germanis, linguas
 ex una duas olim efficientes. Vnde iuxta oraculum, g. g. g. suscipiūt, qui
 g. unum amiserunt. Nouissime studiosus polygraphiæ moneris in qui-
 sitor, ut postea quam cupidus harum inuentionū, uerum operandi mo-
 dum consecutus fueris, cuncta prouide custodias, nec ea passim in omni-
 um maxime spurcorum hominum noticiam profundas. Quam ob cau-
 sam nō interrogas, cum scias nihil in mundo esse tam bonum & sanctū,
 quo reprobi non sapius abutantur in malum.

EORVM QVAE IN SECVNDO PO-
 lygraphiæ libro tractantur indicium.

IN secundo polygraphiæ libro, nihil a primo noui componi-
 tur, in quo solius diei paraphrasmata uariāt. Propterea quic-
 quid obseruandum in illo diximus, etiam in isto custodien-
 dum fore admonemus. Sunt enim utriusq; libri symbola in
 eundem & ordinē sub lucis tramite cōposita, & in paraphras-
 matum significatione tantū necessario permutata. In utroq; pro capaci-
 tate ingenij humani progressiōes fieri possunt multiplices, cum per me-
 tathesin uariantur dictiones. Mutantur etiā ad placitum feronomata, si
 quando cōuertantur ad gradus integros minuta. Quo facto cōsurget in
 arte mirabile opus per omnia, & stabit imagine productus in lumine mū-
 dus, & nō erit in operante bacuceorū pauor ullus. Faciē rebus his potu-
 issim induxisse pulchriorē, si aut spe aliqua lucri, aut propriæ utilitatis
 usū, ut ea scriberē inductus accessissim. Sed cū nihil horū me induxerit
 ad scribendū, satis uidebatur cupientibus occasionē dedisse atq; materiā
 nostris inuentis politiora superaddere, & artē arte uenustare.

FORVM quæ in tertio polygraphiæ libro cōtinētur indicīū.

IN tertio polygraphiæ libro fines p̄scriptæ natiōis nostræ cō silio ratiōis transgressi, ad peregrina ducimur, & in medio Francorū essentiali cōstituti, per imagines & similitudines barbarorū lōgius euagamur. Quatuor em̄ fere milibus mytho/ logicis arte phrasmatib⁹ in ordinē collocatis, uīa unitati artificiali nimis faciliē oñdimus, p̄ quā symbolicas notiōes binario suo cōicabit om̄i tpe securius. Durior hic est unitati binariū, & nisi philologus noster prudētia sit oculus, monadi binariū reddet cōtrariū. Nā solus ternarius, q̄ ab unitate binarioq; p̄cedit, tāq; palidrom⁹ in se cōnectit utrūq;. Quod si rōis necessaria utilitas, ultra p̄positæ rei metas extēdit, toties paraphrafmata p̄ minutias a diei principio nūerent, donec minuta cōstituāt gradū in q̄ nox æq̄ diei, Facies imaginis hui⁹ p̄petuū nouit silētīū, nec fraudes metuit bacuceorū. Quāta uolueris copia extēdit, & sine nūero uariatur.

INDICVLVS siue pinacion eorū q̄ tractantur in libro quarto.

IN quarto polygraphiæ libro multū cōsidiuimus binario, quē re motis obstaculis cūctis, sine labore difficultatis, primo intuitu re duximus ad unitatē. Vnde circulo isthic utimur ī magnis, linea seu puncto in minimis. Nec refert si diē nox superet, aut si lux te nebris nō cōcordet, quia circulus finē nō recipit, & uacū plenitudo nō admittit. Sūt em̄ cōtraria, & q̄uens succedūt, alterū ab altero corrūpitur. Singulare mysterium binario cōducēs in hoc quarto polygraphiæ libro tradit, dū aereus ipse basis cōpositor uētus, nūq; in alio quā binario desi gnatur. Verum in ea parte bubonū leuitas nobis est in arduis suspecta semp. Huius rei cōstructio paraphrasmata facit athomis infinitis.

FORVM q̄ in libro quinto tractantur, Index siue pination.

IN quinto polygraphiæ libro, latinorū lras, quib⁹ & nos Germa ni coutimur, p̄ ordinē tabulis iscripsim⁹ duab⁹, q̄rū altera dicit re cta, altera uero nūcupat auerfa. His orchemata supposuim⁹ uēto sa, ut q̄d in alienis cū labore q̄rim⁹, in pprijs absq; difficultate uideam⁹. Nā p̄ter illa q̄ in manifesto a nobis sunt posita, etiā adhuc plura latent in interiorib⁹ arcana, p̄ q̄rū intelligentiā iter operātī ad maiora pāditur, q̄ tñ oib⁹ minie p̄ponūtur. Subiecim⁹ & nūeris grāmata, q̄bus ad nostrā uoluntatē occulta fiāt manifesta. Vnde p̄ huius libri sciā opatio nē, cūcta nūcia secure tradunt cabalisticis, licet mysteria n̄ uacēt a suspiti one bacuceorū. Ois em̄ forma signorū metathesis, suspitiōnē generat in tuenti, q̄uis nullū bubonibus inferat nocumentum. Tu autē qui huius operis intellectum consecutus fueris, omnem literarum metathesis apud nostrates & latinos facile penetrabis.

INDICVLVS siue pinacion eorū quā in sexto libro dētinentur.

IN sexto, q̄ polygraphiē n̄ ē liber ē ultimus, introducta narratiōe mētali, oim fere p̄cedētū signorū & graduū minutias p̄ ordinē ex p̄ssimus, & cū arithmicis distributiōib⁹ grāmātū officia in mīste rīū opatiōis cabalistica; cōtraxim⁹. Aliud hic latet in cortice, & aliud reperit in cōi signorū opatione. Nā sicuti spūs in sanguīe corp⁹ hu manū uiuificat, ita uigor latēs in arte opationē cōmēdat. Propterea cui cūq; hui⁹ inuētī cognitio ē necessaria, oculos intellect⁹ apiat, ut q̄ sit ope ratiōis cuiuslibet p̄prietas, cōphendat. Sic em̄ cupim⁹ bonis uiris oīa eē puia, ut si fieri posset, nūq; tñ reprobis fierēt manifesta. Causa nos cōpū lit nūeris aptare l̄ras latinorū, nē si nimis essem⁹ obscuri, mētis n̄r̄a intē- tio patesceret nulli. Que tñ nouitas, ut sine rōabili causā n̄ fieret publica sub icognitis numerādī signis & notis mystice fuerat occultāda. Sēp em̄ uētī nocturnales diurnis sunt fortiores, & sicuti nox diē ordine suo in- cipit, sic lumē tñbras exhorrescit. Quod natura negat, nemo feliciter au- det. Rogam⁹ lectorē, ne hoc laboriosū opus n̄m cōdēnet priusq; in- telligat, sed iudex sine temeritate ut eē q̄at, corticē prudēter amoueat, q̄- tinus ad nucleū latentē pueniat. Bonū & naturale ē op⁹, qđ ad bonū cō- uertī pōt usū uel malū, p̄it uniuscuiusq; mouet desyderiū uolūtatis. Bo nū instrumētū ē gladi⁹, ad usum q̄q; bonū cōuertit, q̄tēs p̄ defensiōe si ne iniuriā p̄ximi portat. Quod si ad lesionē cuiuscūq; iniuriose extēdit per abusum res bona in malū relaxat. Vt ergo boni habeāt q̄ suis nego- tijs prudēter cōsulāt, a nobis polygraphia scribit̄, & ne prauis delinquē- di p̄stet occasio, nucle⁹ in cortice sub enigmatib⁹ uarijs occultat. Qui bo nus ē, nō abutit̄ bono in malū, magis aut̄ si pōt, malū cōuertit ī bonū.

QVAE SINT HVIVS OPERIS NO

stri polygraphiā causā, simul & utilitates.

LAborē uero p̄ntis op̄is, & rarū, & arduū nō alia rōe assumpsi- mus, quā ut indigētū utilitati p̄uiderem⁹. Indigētū dico, nō cibo, nō potu, sed opitulamiē mysticorū sine periculo cōser- uatiōe. Op̄p̄ciū ergo fore iudicam⁹, si utilitates & cōmoda, q̄ puenire p̄nt utētib⁹ his n̄ris adinuētis, breuī annotenus. Em̄ uero cū n̄ra in reb⁹ familiarib⁹ nulla sint negotia, ut hisce doctrinis ad occultati- onē se cretorū indigeam⁹ illis p̄fecto laborauim⁹, q̄rū fuerat impio dese- rendū. Prima utilitas ē, qđ cōsumata hui⁹ op̄is intelligētia modū indē- gētū dat facilē, q̄ mētis tuā arcanū tuto, secreta, ac sine aliq̄ suspitiōe q̄rū cūq; intuētū notū facies artis industriā sciētī, quā latissime fuerit op⁹ ad q̄libet locorū distātiā sermone regulatā. Quod latet in his, steganogra- phiā op⁹ eruit, q̄ nec l̄ras, nec nunciū requirit, arcana q̄ ferat scientē. Se- cus fieret in reb⁹ lucē admittentibus, more nostrorum omnīū cōmunī. Rē aliter q̄ ē, ne capias. Secūda utilitas est, quod mīnisterio hui⁹ op̄is in parui tēporis spacio, hominē latini sermōis ignarū, modo l̄ras tantū

legere ac scribere nouerit sub lingua materna, docebis sub latina lingua ut uoueris, ornate uel cōcinne scribere, oiaq; uolūtatis suae arcana mysteria celare, abscondere, artēq; scienti quā placuerit, latissime nunciare tuto, secrete, & absq; suspitione. Iterū premoneo, ne aliter nos intelligas pollicitos q̄ pollicemur. Tertia uero utilitas, quod romani sermonis imperitū, nō solū in paucis docebis horis quod pollicemur, scribere ac legere, sed etiā intelligere, si prudenter munus officij adhibueris, quod nō sine rationabili causa nos duximus refutandū. Scribet em̄ artis nouae discipulus quā nō uouerat linguā, & latinā sermonē sub institutiōe regularata cōpositū, intelliget interpretabiturq; si fuisset ipse de uerbo sufficienter ad uerbum. Deniq; ad oēs mundi res atq; negocia haec institutiō potest ampliari. Quēadmodū ista fieri poterint si quis ex me scire uoluerit in primis talē se praestare meminerit, ut accipere mereatur. Nō enim oia de bentur omnibus, sed alter est alteri praferendus. Quarta utilitas est quod per ampliatiōem similitudinis rei acceptae, omnia ista in quamlibet possunt linguam extendi, reducto instituente binario ad unitatem. Quod tamē haud passim quilibet hominū pōt, sed ille tantū quē deo p̄ueniente sua gratia speciali, ars & natura dignificarunt. Quinta utilitas, quod imitatione similitudinis cōicare possumus artē inuentiōis nostrae scienti quaecunq; mentis nostrae arcana, q̄tūcunq; uoluerimus abūde, multipliciter, & latissime, uarijs modis qui ab alio nullo poterūt sciri uel notari. Datur isthic multiplex sine uoce locutiō, per quā tuto, secure, latissime, omni suspitione remota, mentis nostrae cōceptionis uniuersas, q̄tūlibet arduas, scientibus artē plenissime indicare poterimus. Et haec inuentio miranda progressiōes habet innumerabiles, omniq; mysteriorū capaces. Sexta utilitas est, quod per intelligentiā huius operis q̄libet metathesin siue trāspōitionē literarū regulatā inuenire poteris, easq; nihilominus sic formare, quod solis noscētibus artē, & alteri penitus nulli subseruiāt in mundo. Et magna uis est metatheseos formae, simul & operatiōis, quae & plures habet modos, & multipliciter uariatur.

Septima utilitas est, quod per intelligentiā huius uoluminis maxima datur facultas cupientibus ad ampliandā sine labore memoriā, quotiēs minutiārū semina debitis gradibus collocātur. Omnia propter causam bonitatis latent arcanis uerborū atq; figurarū inuoluta, quae si quis intelligere plenius optauerit, reuocet in mentē, qm̄ labor improbus oia uincit. Mihi etem̄ satis fuerit artis inuenisse principiā, modūq; tradidisse scribendi symbolice rudem, & ex proposito informem. Nam ut cultiora non frustra formarentur inuenta, nec tēpus erat, nec ratio, ne mel naueantibus uomitū, aut ueritas odiū pareret indignatibus. Omne tēpus suis appēciādū est meritis, & porci nō sunt unioib⁹ exornādū, nec p̄ciosis onustādū margaritis. Importuna sunt omnia, q̄ moribus & tempori non concordant

mortalium quibus ingeruntur. Multa fuerunt ingenia hominum nobilissima temporibus alienis, & plura inveniuntur noua quotidiana ferme temporibus non proprijs. Quid egregio uerticatori Bartholo sub Innocentio papa octauo conduxit nauticæ artis miranda inuentio, quam in quodam libello uenalem ducatis ceterum milibus pollicetur, cum nec ipse pontifex summus, nec Veneti, nec Ianuenses, quibus rem suam proposuit emendam pro modico saltem cum illo dignarentur conuenire. Me sibus enim triginta nauem arte sua in medio maris posse seruare illesam refarcire fractam, atque proiecta quæque in profundum, sine periculo reuocare promisit. Sed nemo curauit. Nec me fugit multos cum Nasone ingenio perisse suo. Satius est igitur scientiæ ponere modum, quam sine fructu se odio & detractiõni exponere multorum, quibus familiarius est scientiam quam uamlibet contemnere, quam didicisse

Finis præfationis adest, Septima die Aprilis, Anno
dominicæ natiuitatis. M. D. VIII.

PRIMVS LIBER POLYGRAPHIÆ, AD
Maximilianum Cæsarem, Ioannis Tritemij abbatis Pæapolitani, quondam Spanhemensis.





Quatuor sunt atque uiginti signorum latini sermonis grammata, quæ per ordinem præposita totidem symanticis dictionibus, ad uotum uniuscuiusque operantis in hac arte copiosissime per omnia deseruiunt arcanis. Sic autem paraphrasmata sunt artificialiter ordinata, quod sermonem penitus latinum efficiunt, si de quolibet ordine una duntaxat capiatur.

Et notandum quod ratione sermonis nostri theuthonici, uicesima quarta litera litera **W**, in fine alphabeti assumitur, cum reliquæ omnes utriusque linguæ ministerio perfungantur. Consignificantes tali per ordinem industria locauimus, ut quolibet de unaquaque susceperis linea, summa de ductione facta manebit concordia. Circumspectione tamen opus est, ut de qualibet syntaxeos linea non capias nisi unam, & nullam monas binario faciat iniuriam. Prouidendum quoque, ut quotiens ad operationem cabalisticam accedis, prius noctis minuta omnia & singula numeres, eaque sequentis diei gradibus proportione debita coniungas. Quod si minutis arcani co instituto diei gradibus finetenus non sufficiunt, cursor uen

totus ad archimensem prudenti est consilio reducendus. Nec obstat
si casu fortuito nox in caput diei recidat, cum prudens operator in arte
tantundē per uoluntariam appositionem a fronte possit discedere, quan-
to noctem uiderit diei lucē superare. Et hoc per totū polygraphiæ opus
de singulis est capitulis intelligendum. Eam tamen considerationē uni-
tati conferendam dicimus, qua binarius noto reuersionis indiculo, ne ab
errare cōtingat, certificetur. Ex monade per cōstitutū binarius stabit, ef-
ficiturq; monas. Nihil hic frustra ponitur, nihil sine causa uel ociosum
allegatur. Propterea monemus necessario, ut omnis qui hoc polygra-
phiæ opus nostrum uoluerit uel in toto, uel in parte rescribere, diligen-
ter in primis prouideat ne ab archetypo nostro in aliquo discedat, ne di-
ctionem quamcūq; transiliat, negligat uel transponat. Enim uero
si literam unam seu dictionem in substantialibus obmiserit, si
uerbum contra naturam eius mutauerit, totius processum
operis inutilem fecit. Ergo aut proprie rescribat,
aut non rescribat.

Sequuntur primi ordinis cum minu-
tis dictiones ad gradus.





a	Deus	a	clemens
b	Creator	b	clementissimus
c	Conditor	c	pius
d	Opifex	d	piissimus
e	Dominus	e	magnus
f	Dominator	f	excelsus
g	Consolator	g	maximus
h	Arbiter	h	optimus
i	Judex	i	sapientissimus
k	Illuminator	k	inuisibilis
l	Illustrator	l	immortalis
m	Rector	m	eternus
n	Rex	n	sempiternus
o	Imperator	o	gloriosus
p	Subernator	p	fortissimus
q	Factor	q	sanctissimus
penetrari. Sic enim ubiq; temperauimus dictionū nostrarū ani-
gmata, quo & doctis studiosisq; uiris de facili sint peruia, & pi-
gris tenebrionibus nihilominus permaneant inaccessa. Verum
posteaquā ipsum polygraphiæ opus serenissimo inuictissimoq;
Romanorū Cæsari Maximiliano, imperatori orbis semper Au-
gusto dicatū offerre cōplacuit, Operæ precium fore arbitratus
sum, si breuib; & paucis illud interpretamentis lucidum facerē

& parulum, ne sacræ maiestatis animus, qui multis quotidie negotijs & curis distenditur, opacitate mysteriorum ab eius intelligentia retrahatur. Etenim nisi me fallat opinio, crit suæ maiestati opus tanto gratius & utilius, quanto & breuius fuerit & clarus. In primis igitur sententiã propositi nr̃i, q̃ sub diuersis in prologo cõtinetur ænigmatibus inuoluta, domino largiente breuiter explicabimus, deinde p̃ singulos polygraphiæ libros, operã diq; modos, regulas, cautelas, & differentias iuxta ordinẽ quæ restant necessaria succinctim pro uiribus ingenij expandemus. Quæ omnia, ut citius cupicentibus scire fiant peruia, seriatim ostendemus per exempla, crimusq; breuiores quo fieri causa permittit & ratio.

CLAVIS EXPLA- NATIONIS POLYGRAPHIÆ IOANNIS TRITE MII ABBATIS PÆAPOLITANI.

Expositio in prologum.

QUONIAM intentio nostra in toto polygraphiæ opere circa eã uersatur sententiam, qua modos traderemus certos occulte scribendi, p̃ quos reges & principes, nobiles & ignobiles, sacerdotes & laici, docti simul & indocti, secrete, tuto, & sine ulla suspitione latentis arcani, sibi mutuo & quibuslibet amicis, etiã longe abinuicẽ distantibus, ministerio literarũ quicquid & quotiens opus fuerit mentiũ suarum queant nunciare cõceptũ. Quod ne uel primũ uel soli presumpsisse uideamur præmonemus lectorẽ. plures olim ueterum, maxime tyrannos, principes & reges simili cõsideratiõẽ motos, familiares sibi ac uarios excogitauisse mōs & canones scribendi, quibus id quod uniuersaliter in polygraphia nostra sumus polliciti, particulariter ipsi tentauerunt. E quorũ numero primũ introduximus exempli causa propositi Cæsaris Augustum, cuius occultũ scribendi modum sic accipe manife-

stū. Spiramina uocis cōceptæ ex lucidis mutauit i opaca, quoz
barbariē uotis renitentē, pulchra quadē adinuētiōe metatbeser
os orchemate, cōuenientē ad nutū efficit. Hoc ē, Magnus cæsar
Augustus quo secrete actuto scriberet qd uoluit, alphabeti li
teras uaria trāspōitiōe mutauit, ita ut poneret b. pro a. c. pro b.
& sic cōsequēter de singulis. Et quo scriptura magis tortuosa ma
neret secretior, pro suo arbitrio literas trāspōsiuit in latū & longū
ad quālibet ordinis nūeri & loci distantiā. **Mysteriū.** Et iste re
ceptius ordo q̄si ppetuus tbelemati tēporisq̄ rōi subiectus, q̄
uis nuncios ab incursiōe bacuceoz in uia tutos cōseruet, metas
tū nō habēs regulatas, oēs sibi occurrētes de suspiciōe rei latē
tis facit sollicitos. **Explanatio.** Licet nemo queat mysteriū ar
canū latēs sub trāspōitiōe literarū facile ad intellectū cōprehē
dere, facit tū eos hęc scriptura in quoz puenerit manus de lati
bulo rei introclusæ suspitiosos. **Mysteriū.** Archimedes ille Sy
racusius mathematicoz facile princeps, albā suis cōuenientē in
stitutus uolucrē nudā p caput & pedes, & cetera. **Explanatio**
Archimedes duos bacillos unius longitūdinis & spissitudinis
dolari fecit in rotundū uel in quadrū, quoz alter sibi retinuit, al
terū absentī amico suo cōsignauit. Et quotiens alter alteri scribe
re aliqd secretius uoluit, albā uolucrē, id est, papyri schedulā la
titudinis parue, sed lōgitudinis bacilli duplicati, ligno circūuol
uens cū cæra inferius & supius colligauit. Scripsit postea i sche
dulā a lateribus cōtinēter sibi ad congeriē artificiose cōiunctā
quicqd uoluit, deinde schedulā a baculo relaxauit, apparuitq̄
moz inter literas tāta distantiā, ut nec una quidē dictio alteri co
hæreret. Vertebar schedulā & dū uoluit in alio latere sibi scripsit
Nec erat quisq̄ huius industriæ nescius, qui potuisset inuestiga
re secretū. At ille qui alterū habebat bacillū, schedulā cū accepit
set affixit, & in ordinē literas priorē reuocauit. **Mysteriū.**
Marcus Tullius Cicero facūdus romanoz orator, ingenio usus
& arte, pbraseos minutias cōmutauit i signa, & reliq̄. **Explana.**
Librū scripsit notarū ad filium, quē beatus martyr Cyprianus
postea cbristianorū usui ampliāuit, in modū scilicet dictionarij

ubi secundū ordinē ponūtur primo characteres siue notæ, post
ea dictiōes p eisdē characteres designatæ, ita qđ dictio quīs per
notā sibi significatur ppositā. His notis siue characteribꝰ psal-
teriū latinū integrū, & pulchre descriptū olim uidimus in biblio-
theca maioris ecclesiæ Argētinen. cui nescio q̄s rerū iudex igna-
rus, titulū forinsecus p̄posuerat talem. Psalteriū in armenica lin-
gua. Sed errauit, cū sic potius fuerit scribendū. Psalteriū latinū
characteribꝰ Tullianis cōscriptū. Nā quilibet character unā di-
ctiōnē integrā repñtat latinā. Nec me fallit æstimatio, cū dictio-
nariū ip̄m Ciceronis a sctō Cypriano emēdatū penes me in anti-
quō uolumine scriptū integrū habēā & incorruptum, quē nusqꝰ
uidi alibi. Tāta uero est copīa notarū siue characterū cū dictio-
nibꝰ sibi subiectis, qđ omnino sufficiūt ad scribendū latino ser-
mone q̄cūqꝰ uolueris. **Mysteriū.** Faramūduſ qđ dragesimꝰ ter-
tius a Marcomero Francorū rege, cum anno dñicæ natiuitatis
cccc. xxiiij. fines Galloꝝ potēter intraret, & reliqꝰ. **Explanatio**

Francorū reges ex eo tpe quo fines Scit̄bicos anno ante Chri-
sti natiuitatē. cccc. xxx. cū gente sua egressi ad ostia Rheni, ubi
nūc ē Gertia cōfederūt, p annos fere non gētos cū Gallis cōtinue
bellū gesserūt, eosqꝰ tandē sibi uiolēter fecere subiectos, quē ad-
modū in primo annaliū nostrorū uolumine scripsimꝰ. Ex his fa-
ramūduſ rex memoratus, ut secure nūcios destinaret p regnū,
nouas & pprias sibi lras excogitauit, q̄s nemo sine ipsius uolū-
taria institutiōe cognoscere potuit. Nec uno tm̄, nec paucis, sed
multis alphabetis nouis utebatur. **Mysteriū.** Clodius Crini-
tus Faramundi filius, & post eū rex Francorū, q sibi galliā totā
subiugauit, Romanis extinctis, quos reperit in ea paternis adin-
uentis utebatur in scriptis arcanis. **Explanatio.** Rex iste pro-
pria & noua cōfinxit alphabeta, & singulis ducibꝰ suis singula
tradidit, oīmꝰ penes se noticiā solꝰ ipse retinuit. **Mysteriū.** Ca-
rolus noīe Magnus, sexagesimus tertius francorū rex, qui pri-
mus ex frācis Romani diadema imperij portauit, & reliqꝰ. **Ex-
planatio.** Iste Pippini regis maior natu filius, Brabāciæ dux in
comitatu Namurcensi, Leodienſibus cōtermino natus legitur,


licet quidā in uico Ingelenbeim baud pcul a Mogūtia natū asse
rāt, uarios etiā modos inuenit scribēdi, & Nannone grāmatico
ministrāte suffragiū, alphabeta excogitauit diuersa, qbus pfe
ctis regni singul' singlari mō cōicauit arcana. **Mysteriū.** Nort
māni ex gotbiæ finibus olim egressi, cū galliā crudeli puasione
deuastaret, uocatis e græcia bubonibus tutū suis latibulū para
uerūt arcanis, & reliq̄. **Explanatio.** Nortmāni galliā puagan
tes, Beda monacho in Angliā testāte, ut sua inter se arcana scri
berēt tuto, p literis latinis græcas supposuerūt numerales, ab a
primo usq; ad q̄rtū atq; uicesimū punctū tale w, siue gu, iuxta cō
suetudinē gallorū. Hic autē scribēdi modus est omnino pulcher
rimus, in quo literæ oēs sunt græcæ, & iuxta ordinē nmerādī
pelasgū nr̄as designant latinās, ut a, j, b, ij, c, iij, d, iiij, e, v, f, vj, g,
vij, & ita cōsequēter usq; ad w, qd est 24. Hāc scripturā nec græ
cus intelliget, nec latinus, nisi prius didicerit modū industrie &
artē. **Mysteriū.** Beda noster in angliā monachus, Nortmāno
rū facti nō ignarus, uetere plura bis similia descripsit inuēta, qui
bus iter mysterijs lucidū fecerūt opacū. Ipse artrologiā, & reliq̄

Explanatio. Bedanus iste monachus in libello suo de inuen
tis antiquorū multos & uarios occulte scribēdi notandiq; mo
dos recessit, qbus arcana sua tuto nūciabāt amicis, ac sine uoce
loq̄bantur p̄ntibus. **Artrologiā & daetilogiā** primus omniū
l̄fis cōmēdauit, q̄rū usu alter p̄dit alteri securissime qcquid uo
luerit secreti, qd assidētū nemo notabit ali^o, ac multo min^o intel
liget. Multis hoc ip̄m & alijs modis fieri posse Bedan^o ip̄e docu
it, de qb^o cū nihil in polygraphiā scripserimus, loq̄ etiā plura ist
bic merito recusam^o. Locū bis ipsis reb^o arduis propriū in ste
ganographiā dudum cōsignauimus, quam edere in publicum
necdum cogitamus. Et quis ueterum occulte scribēdi modos
exprimeret omnes? Alij enim familiares in ministerio artis præ
positæ bubones habebant Philophotos, aliq̄ Mysophotos, aliq̄
utrosque in practicā uocarunt ex arte. Rursus aliq̄ cognitās
transposuere literas alphabeti communis, aliq̄ barbarorum sub
scemate proprios characteres sibi confinxerunt. Rursus itē

alij ministerio literarū utebātur uisibiliū, scribētes cū mīno uel
encausto cōi, alij uero characteres arbitrio suo inuisibiles ad nu
tū formauerūt. Modi uero characterū uisibiliū pro scriptura oc
cultā nimis sunt multi, ac penitus innumerabiles, quorū mentio
nē facere oīm nec uoluntatis est nostræ, nec uirtutis. Inuisibiliū
aut tria sunt genera inter mortales hodie magis usitata. Primū
nūcupatur Dermaticū, quo fit in dorso nuncioꝝ scriptura qdā
artificialis p loturā cuiusdā humoris duntaxat uisibilis, quā pe
netrare nemo sufficit q artis nescierit arcanū. Secundū uero Hy
poblasticū dicitur, quo rebus certis in pāno scribitur, qd exie
catū uideri pōt minime, donec madefactū in aqua frigida cerna
tur. Tertīū genus noīatur Alleoricū, qd est multiplex & uariū,
tā in forma q̄ in materia, habetq; modos occulte scribēdi pene
innumerabiles. Eius aut scriptura fit in cartba uel sine charta cū
nemilua & cala, cū raphocam, lapolce, alijsq; reb^o diuersis. Scri
būtur itē literæ ac uarijs modis, ascondūtur & locis, ut sub race
ta bulata, sub rosi rilacubior, in leopi, in necoflas, in ceocali, locu
bat, in ratera, in lispilia, & alijs silibus pene infinitis. Verū quia
nihil istoꝝ bac uice nō deseruit pposito, pprea cōuenit ut ad
ea q̄ ratio postulat festinemus. Est & aliud gen^o dactiletron nō
scribēdi tū, sed notis, qbus subtilissimis modis alteri alter mētis
suar pōt intimare cōceptū. Quod & ipm tot uariatur differētis,
ut nemo sit in mūdo q̄ species tāti queat mysterij oēs dinumera
re. Modo principali simul & alijs multis ex eo descēdētib^o arti
ficiater, in mēsa sedens, uel in quolibet alio loco quicquid uolue
ris artē scienti poteris intimare secure, tutissime, & sine cuiusq;
suspiōe. Deniq; ut sine literis arcanū mentis tuæ denūcies ab
senti, etiā ipso nesciente qui officiū gerit nunciātis, inuentis ste
ganographiæ manet ascriptū. Enim uero cū regibus & principi
bus occurrāt negocia multa, quoꝝ suis interdū uicarijs pcul ab
sentib^o nō satis tuto sciētā p literas usitatas dare cōfidūt, op̄p
cū fuerit quēlibet eoꝝ modos scribēdi nunciādīq; nōnullos ba
bere speciales, qb^o secreta sua tutissime possint notificare amicis
bis p̄sertim tēporibus, in quibus p̄ualente licentia peccādi, nul

q̄ tuta reperitur fides in orbe. Capiuntur passim nūcī principū
 a latronibus s̄uis spoliātur, uerberantur, & plerūq; interimun-
 tur, sed nece pistolis regū annulis cōsignatis & clausis parcunt
 impij raptores. Vnde foret necessariū rei publicę tuæ o gloriosif-
 sime Cæsar Maximiliane, ut pellē indueres herculeā, clauāq; ui-
 brares in manibus, & seuis bis monstris orbē tibi a deo purga-
 res cōmissum. Nūq̄ pax erit in regno nisi bacucci tollātur eme-
 dio. Qui regni pacē turbat, se hostem esse regis demonstrat. Hī
 sunt latrones qui uias itinerantium obsidēt, rapiunt aliena, qui-
 bus hodie plena est terra, & nusq̄ tuta est ambulātibus uia.

Eorum breuis explanatio quæ in primo li-
 bro polygraphiæ obscuriora uidentur.


QUAMVIS in primo libro polygraphiæ nihil continea-
 tur obscuri, tamen ne simpliciorib⁹ eius cōscriptio for-
 tassī profunda uideatur, breuiter ea quę putātur diffi-
 liciora explicamus. Dictionēs latini sermonis per ordinē supra
 nouē milia sub alphabetis fere quadringentis ita seriatim distri-
 buimus, quod si de quolibet alphabeto una duntaxat post aliā
 capta fuerit a principio usq; ad finē, sibi mutuo cobærentes con-
 gruā efficiēt orationē latinā. Erit enim scribēdi modus ualde cō-
 ueniens secretissime quicquid uoluerimus, dū unaq; dictio lite-
 rā repræsētat sibi a capite præpositā. Necte moueat lector quod
 multitudo uerborū in aperto, sensum breuē cōtinet in occulto,
 quoniā latet in hac positiōe nostra puerili, modus latius & secre-
 tius multo scribendi quodcūq; uolueris altior, quē nos patulū
 facere cunctis ratio publica interdixit. Qui aut fuerit ingenio p̄-
 ditus, uiresq; necessarias inquisitioni apposuerit, latentū in his
 doctrinarū, inueniet subtiliora & mirabiliter pri⁹ ignorata, pla-
 ne intelliget mirabilia. Nihilominus aptus iste scribēdi mo-
 dus sufficiet ad oīa, cū eū totiēns repetere ualeas, quotiēscūq; uo-
 lueris, sp̄q; repetita narratio uariet̄. Nā si ut diximus de primo
 alphabeto, dictionē accepis unā, de secūdo quoq; unā, & ita cō-

sequenter de quolibet unam, atq; de interpositis extra ordinatā
lineam unam, usque ad periodum aut libri finem, latina & con-
grua satis tibi cōsurget oratio. Cauēdū est autē ne una uice simul
& semel de uno alphabeto plus q̄ una dictio capiatur, & ne scri-
ptor ex negligentia seu festinatione nimia trāsiliat alphabetū ali-
quod, & narrationis ordinē confundat. Per diem intellige narra-
tionē apertā, per noctem uero latentē & occultā, quæ nō sit nimis
prolixa sed breuis. Ea quæ sequuntur in textu paradigmata de
animā inuisibili & corpore quod uideretur, ad utrāq; pertinet nar-
rationē occultam & manifestā. Quotiens a uento mouetur foliū
& reliqua, ut secretā narrationē ita numeres ad apertā monemus
quo simul utraq; in periodi cuiuslibet calce terminetur. Quod si
de arcano superauerit quippiam, tali moderamine amplietur, ut
narrationes in uno puncto ambe terminentur, ne confusio ecclē-
siæ generetur. Cetera quæ sequuntur in primo polygraphiæ ex-
planationis documēto & ad ea quæ diximus omnia implicitere
feruntur. Notandū uero quod nulla est sub ordine alphabetorū
dictio uacās, sed unaquæq; literā representat a capite sibi præpo-
sitā, cui⁹ rei ne pfecta lectori desit cognitio, sententiā declarem⁹ p
exemplū. Casum ponamus q̄ homo nequiciosus p te petat pro-
moueri apud amicū aliquē tuum, tu uero ut preces importunas
rescindas, nec tamē indignū promoueas, ita scribere secretius de
cernis amico per ipsum poscentē ne intelligat. Caue tibi ab isto
uīro, quia fur est, & nequam pessimus. Vade ad primum alpha-
betum & scribe dictionem, Conditor, quæ significat C. in secun-
do, clemens, quæ donat a. in tertio, discernēs, quæ representat u.
in quarto, mundana, & significat e. Iam habes in occulta narrati-
one, caue. Procede consequenter etiā per alia alphabeta, & eua-
det oratio talis. Conditor clemens discernēs mundana, insinuet
expetentibus amenitatē seraphicā cū omnibus sanctis suis in cæ-
lis, amen. Mansuetudo gloriosissimi principis a sanctis ubiq; re-
uerenter rememoranda, optimis pceptis nos abiectissimos dor-
mientes hortatur præsentia propter uenerationē directoris bo-
norū derelinq̄re, & gloriā perpetuæ quietis omni affectu pro ui

tibus expectare. Eruditionē igitur o uani derisores accipite, uā
ad felicissima tripudia archangelorum remuneratoris orthodo
xorū ualeatis ingredi felicissime decori. Refugite igitur a spur
cissimis honoribus huius peregrinationis, cum sitis ad iucūdi
tates benigni saluatoris seculorum beatissimas sanctissime in
gressuri. In hac præscripta narratione publica ista continetur
latens in occulto sentētia, uidelicet. Caue tibi ab isto uiro, quia
fur est & nequam pessimus, sed tace oro. Eodē ordine procedē
dum est in cæteris quibuscunq;, & a capite totiens incipiendū,
quousq; occultam mysterij tui narrationem in cluseris manife
ste. Dictiones autē quæ ponuntur extra ordinem alphabeticū
nullā designant literam, nec occultæ narrationi deseruiunt, sed
propter defectū synonymorum interpositæ sunt, ut orationis la
tinæ series completeretur. Non enim semper tot dictiones babe
re potuimus consignificantes, maxime in pronomiibus, con
iunctionibus, præpositionibus & interiectionibus, ut quatuor
& uiginti literarum loco uagantium potuissemus conficere al
phabetū, sicuti clare patet post alphabetū octauū, ubi duas ex
tra ordinē posuimus dictiones, ne orationem mancā relinque
remus. Sic enim posuimus: Cum omnibus. & sic: Cum uiuere
lis. Quarum scriptor duas capiat quas uoluerit, quatenus ora
tio latina compleatur. Similiter faciat in alijs, quotiens inuene
rit similes. Duplex w propter sermonē patriū assumpsimus,
quo in lingua nostra Germanica frequenter indigemus. Nam
qui latini sermonis ignarus est, arcanū suum latēs Theutonice
scribat sub Latia oratione sine aliqua difficultate.

Sequuntur nunc Regulæ siue cautelæ in ope
ratione huius libri obseruandæ.

PRima regula siue cautela te monet, ut mentis tuæ arcanū
quod amico nunciare uolueris absenti, artē scienti, ac li
brū Polygraphiæ habenti, quanto potueris diligentius
in febedulā scribas latino sermone siue Theutonico, uel quocū
q; uolueris alio, qui literis potest cōprehēdi Romanis. Deinde

carthā sic scriptā pone corā te, ut pro singulis litteris arcani con-
gruentē queas aptare dictionē. Nā sicut ostendimus in hac pra-
ctica scribendi integra dictionē accipitur. Exemplū dedimus pau-
lo prius in praescriptis. II Secunda cautela tibi praecipit ne
sicut est dictū, de quolibet alphabeto plus capias q̄ unā dictionē
nē simul in una narratione publici sermonis Latini, alioquin &
sensum confunderes apertum, & ab intellectu mysterij eum ad
quē scripseras omnino retraberēs amicū. III Tertio cauē-
dū summo opere, ne quod alphabetū per negligentiam transiliās
de quo non unā & arcano conuenientē dictionē sumas. Simili-
ter prouidendū ut quotiens extra seriem alphabeti occurrat di-
ctio una uel plures, superiorē lineā capias totā, uel inferiorē, &
non utraq;. IIII Quarto curandū ut quotiens oratio ser-
monis aperti ad completā fuerit deducta sententiā, sequens a lit-
tera maiore ingrossata sumat initiū, iuxta formā praecedētis ex-
empli, in quo secundū orationis latinæ sententiā, litteras a princi-
pio magnas in reliquis paruas accepimus more cōmuni. Quan-
do mentis tuæ secretū fuerit prolixū, ita quod narrationē aperti
sermonis excedat, si restat multum a principio iterum incipias,
si parū a loco quolibet reuocetur oratio ad placitum. Nemo e-
nim huius industriæ uel modice peritus, nescire poterit ubi re-
inceperis. Nec opus est sermonis timere consonantiā, qui semp
narratione manifesta uariabitur cū occulta, & quotiens a prin-
cipio incipitur, orationis facies noua sequetur. Potest etiā cōti-
nuatio fieri a fine primi libri p̄ secundū. V Quinto mone-
mus ut quotiens in re ardua scribere p̄ hanc artē uolueris, parū
tibi libellū prepara, in quo scribas mysteriū tuū secretū oratiōe
manifesta. Quicūq; hūc libellū uiderit aut legerit, nihil arbitra-
bitur latere secreti, neq; si habeat suspicionē, poterit quicūq; eorū
quæ scribis inuenire. VI Sexto notandū, si ordinē dictionū
p̄ totā Polygraphiā in alphabetis singulis p̄ metathesin mu-
tando transpoueris, & duo secundū eā uolumina cōscripseris,
alterū pro te, alterū p̄ quolibet amico, scribetis inter uos securis
sine q̄dēcūq; uolueritis, nec uiuit i terra qui arcana uestra queat.

penetrare. Potest aut̄ hæc trāspolitio fieri modis infinitis. VII.

Septimo præmonemus te quod aliter polygraphice scribēdū est homini latini sermonis ignaro, aliter perito. Ad illum om̄es dictiones scribēdæ sunt integre, sine abbreviatura, distincte, cōplete, pulchre, ac omnino legibiles, sine particione, sine diuisione, & sine cōfusione, ne deceptus errore aut unā putat esse duas, aut duas existimet unā. Auscultāda sunt quæ ponuntur. VIII.

Octauo prouidendū est, ut ille cui mystice scribis hac arte, libro tuo habeat per omnia similit̄, alioquin frustra & infructuose scriberes nō intelligētī. IX. Nono, si uis ut hæc industria maneat perpetuo secreta & occulta, polygraphiā de nouo rescribe, sed alphabeti literas dictionibus noli præponere, & nemo secreti rationē facile suspiciabit̄. Verū ut scribenti & legenti mysteriū difficultas nulla occurrat, scribātur alphabeti literæ in scheda ordine dictionū cōueniente, & ad capita earundē mobilis adaperetur. Poterunt etiā literæ in lamina cuprea sculpi, ut de uno ordine in alium moueantur. X. Decimo sciendum, qđ licet ypythagorico nō utamur in dictionibus theutonicis & latinis, admittimus tamen propter græcum sermonē, ut duodenariū habere mus duplicatum. Similiter ꝯ geminatū pro quarta & uicesima litera suscepimus, quod nobis in sermone theutonico est omnino necessarium. XI. Vndecimo nouerit ille qui literas ex polygraphia scriptas recipit legendas, quoniā intelligētia opus est in lectione. Et ideo quotiens chartā siue libellū sulcipit polygraphice scriptum, ad locum uadat secretū, apertoꝯ polygraphiæ libro quem secū habeat oportet, singulas per omnia alphabeti dictiones cōsideret, & quā literam unaquæꝯ representet, cum creta super mensam, uel cū encausto in charta diligentissime notet. Cūꝯ totā epistolā eo modo plustrauerit, literas in uerba cōponat, & quid latuerit in occulto facile intelliget. XII. Duo, decimo reges notēt ac principes, qui multos in diuersis locis habent uicarios quibus omnibus uno genere occulte narratiōis scribere nō est cautū. Ut ergo propriū ad singulos habeāt secretum modū scribendi, toties mutēt ordinē dictionū, quot modos uo-

Iuerint habere separatos. Sicq; ipsi modos scribendi tenebūt omniū, & nullus modū alterius intelliget subditorū. Sunt em̄ uariabiles modi secretius scribēdi huius artis infiniti. XIII. Tertio decimo notandū qđ nos ad obstruendū ora loquentium iniqua, huius nouæ adinventionis nostræ ueritatem ostendimus possibilem, dictiones in alphabetis primi libri locantes ita sibi adinuicē cohærentes, qđ in modū exhortationis & supplicatiōis porrectæ ad deū orationē cōgruā reddūt atq; latinā. Sub cuius narratione occultare possumus quæcūq; nobis occurrūt secreta & taliter scribere ad amicū in arte peritum, qđ si oēs qui sunt totius mundi homines cōuenirēt in unū, latens sub aperto sermone nūq; possent inuenire secretū, modo recte fuerit ordinatū. XIII. Quarto decimo sciendū, qđ in hac ipsa inuentione polygraphiæ nostræ adbuclatent quædam præscriptis longe meliora, uidelicet quomodo latini sermonis ignarū, in paucis diebus ne dicam boris informare poteris ut sciat latine scribere, legere, loqui, & intelligere, non quidem uniuersaliter omnia, sed ad certū modū quicquid sibi necessariū occurrerit de quacūq; materia in negotiis suis. Itē quæ admodū amico tuo longe absentī, & industriam artis scienti, oēs mentis tuæ conceptiones, sine scriptis & ignorāte nūcio secure, tuto ac secretissime nota facias, etiā interdū sine nūcio naturaliter & sine aliqua supstitutione, periculo uel timore. Sed ista ut in suis pmanēat latibulis sepulta cū reliqs ratio nos pmouit, quoniā & lapides p̄ciosos in uentū proijcere, & ardua līne fructu gratitudinis patrare, mihi nec placet, nec omnino conducit. Deniq; latēt sub bis nō parua subtilitatis mysteria de medicinis, de herbis, de plantis, de lapidibus p̄ciosis, de fluminib⁹, de mēbris b̄uani corpis, de brutis aialib⁹, de s̄ctis, de natiōib⁹, de cosmoḡpbia, de astronomia & septē artib⁹ liberalib⁹, de his etiā oib⁹ q̄i usu b̄ntur hoīm, & de m̄do uniuersali tā uisibiliū q̄ inuisibiliū. Et ne iusto sim⁹ plixiores, oia q̄ sūt i m̄do p̄ apliatōne s̄litudinis p̄mōstrate, artis polyḡpbię mystico subieruūt documēto. xv. Quinto decimo nota qđ hæc oia q̄ nos in polyḡpbia tradidimus inuēta, introductiōes qđā sunt parue respectu earū

quæ adhuc restant inuenienda & scribenda in hac ipsa facultate, de quibus silentio transimus ne inuanū gloriari uideamur. Causam enim dedimus ingenijs aptis maiora inueniēdi q̄ nos aut scripsimus, aut potuimus forsitan inuenire. Qui potest adiciat pro cōplemento huius adiuuenti ea quæ nouit esse utilia, qui autē nō potest, baud temere iudicet quæ non intelligit.

HORVM QVAE IN SECVNDO POLYGRAPHIAE LIBRO UIDEBANTUR OBSCURIORA EXPLANATIO.

IN secundo polygraphiæ libro præter ordinem & seriem dictionum nihil a primo traditur noui, ideoq; unus & idem erit in utroq; modus operandi, & omnia quæ obseruanda in primo diximus, seruanda etiam in secundo diligenter admonemus. In sola narratione orationis manifeste diuersitas orta cernitur, quoniam illa de domino nostro Dei filio componitur, ista uero ad matrem eius semper intactam uirginem eleuatur. Sunt autem in secundo libro dictionibus alphabeta per ordinē præposita octo & trecenta, sub diuersis tamen materijs. Nam a principio narratio sermonis ad ipsam dominam nostrā dirigitur, postea oratio dominica sub alphabetis uiginti quatuor ampliatur, deinde saluatio sub ijicitur angelica, consequenter Saluatio regina, & postremo breuis oratio de sancta matre uirginis Mariæ dei parentis Anna. In omnibus polygraphiæ libris cauēdū est ne una dictio in aliquo ordine alphabetico geminetur, hoc est, ne bis ponatur, & ne aliqua obmittatur, quia confusionē legenti faceret magnam. Curandū ergo summopere ut sint exemplaria per omnia emendata & ad amissim correctā, ne scribens incidat errorem. Quod si negligentia scriptoris, siue incuria impressoris sub uno alphabeto aliqua dictionem repereris duplicatam, ultimā rade, & aliam conuenientem, quæ non sit prius in eodem alphabeto, in locum eius reponere. Scias etiam quod hi duo polygraphiæ nostræ libri, sufficēter deseriunt operationi promissæ, per quos non solum tutissime & securissime ad amicos quodcunq; uolueris scribere omni tempore

annunciare poteris, sed etiam sine aliqua suspitione quod tali modo prius credimus inauditum, latini sermonis ignare penitus modo literas formare nouerit huius artis facere participem & eruditum. Verum quia modus iste occulte scribendi sub longa narratione sermonis aperti, sententias intentionis occulte comprehendit pauciores, propterea forsan in rebus duntaxat magnis & arduis usitabilis erit, apud illos maxime quibus otium placet ac displicet labor. Dabimus ergo in quatuor sequentibus libris faciliores quidem scribendi modos, licet suspitione intuitum prorsus non careant, propterea quod intellectum abhorreant plurimorum. In steganographia autem locupletiores sunt modi secretissime & sine aliqua suspitione scribendi, ubi non dictio literam, sed quæque aliam integram ad mysterium conuenienter representat dictionem. Cuius rei ponamus exemplum, ut si uelis præmonere amicum de aliquo imminere periculo, sub tali narratione uerborum. Conspiraauerunt in necem tuam Melancius, Tyberius, Ioannes & Petrus famuli comitis de asoto, & quarta die post Laurentij in nocte circumuallabunt domum tuam, prouide quid agas. Hoc secretum steganographia sic palliat. Oro te amice charissime ut mutuo mihi transmittas decem florenos cum latore presentium, quia sunt mihi ualde necessarij pro constructione cuiusdam ædificij, eos tibi fideliter restituum. Quis hoc arcanum quereret aut suspicaretur latere in sermone præscripto: quod idem sub alia etiam narratione ponamus. Domine Iesu Christe fili dei uiui qui homo fieri pro nobis pati & mori uoluisti, miserere mei peccatoris indigni, nunc & in terribili hora mortis meæ. Ecce iam unam cordis tui occultam sententiam, duplici habes narratione sub steganographiæ limitibus uelata sermone breui at fideli, quam totus mundus nec suspicari quidem poterit, nec si annis quærat centum ullatenus inuenire, etiam si omnes docti conuenirent. Denique hanc ipsam sententiam cordis tui secretam non solum una uel duabus narrationibus præscriptis, sed pene infinitis modo iam dicto steganographia docet abscondere, & cui uoueris tutissime, secretissime ac securissime nunciare. Omnes quoque modi huiusmodi ad inuentionis per metatbesin possunt mutari ui-

cibus infinitis, & scribi per eos ac nunciare uniuersa. Quare autē
steganographiæ opus silentio maneat sepultum, satis in polygra-
phiæ nostræ principio est dictum, & propterea isthic non fuerat
replicandum. Lateat ergo ne uideatur ab ingratis.

EORVM QVÆ IN TERTIO POLYGRAPHIÆ
nostræ libro continentur obscura explanatio.

IN tertio polygraphiæ libro nouiter excogitatum occulte scri-
bendi modum tradidimus, satis quidem securum & tutū, sed
intuentibus cunctis de latente arcano suspectum. Nullus em̄
quantūlibet eruditus latens mysteriū sine peritiā traditiōis inue-
nit, quippe cū nec apertā queat intelligere scripturā. Ordinau-
mus autē dictiones cōfictas nihil in se, sed literas duntaxat alpha-
beti sibi præpositas representantes, per quas omnia mētis tuæ se-
creta scribere ac notafacere poteris amico securissime quantūcū-
q; absenti. Artis uero insci & ignari cum uiderint scripturam, lin-
guā aliquā putabūt esse peregrinā, & quid cōtineat penitus igno-
rabunt. Tu autē cū aliquid per huius libri modū scribere aut nūcia-
re uolueris absenti, cura in primis ut oēs & singulas dictiones ab
inuiçē propriæ distinguas, ita qđ una queq; clarissime ab alia q̄at
discerni, ne is cui scribis, aut unā pro duabus, aut duas capiat pro
una, quia magnū parturiret errorē. Ponamus huius rei exemplū

Abrin madon badis, cadulur pasu adin loroff masara damis
boda omo dromi drus uares mastron ppha lares medas rassur ma
debor tara, melen baiu phofat, galos, profol fane lemosos, aroso
cabil neso, bamol beliet rbamil fesia doron hubur rodex. In hac
narratione ficti sermōis hæc breuis arcani sentētia cōtinetur ami-
ci de periculo auisantis amicū. Non uenias ad curiā, quia rex tibi
indignatur. Cernis q̄ facilis, tutus & securus sic iste modus scri-
bendi & nūciandi quodcūq; uolueris ad amicū ipsum intelligen-
tem. In omnibus tamen noueris cauendum, ut prius est dictū,
ne plus quam unam dictionem capias de quolibet alphabeto,
necrursus aliquod transilias alphabetum. Quotiens narratio

nem conficti sermonis ad finem libri perduxeris, arcano mentis
tuxæ nondum completo, iterum incipias a principio, & hoc quoti
ens necessariū fuerit. Poterit nihilominus unusquisq; pro suo ar
bitrio has dictiōes nostras mutare, alterare, meliorare, plures ad
ijcere, ita tamen quod cōsonantiam caueat turpiter in uoces pro
rumpentem.

EXPLANATIO libri polygraphiæ nostræ quarti.

IN quarto polygraphiæ libro simili ratione dictiones a nobis
confictas sub ordine alphabetico locauimus, sed in uno solo
consulte a præcedēte discrepamus. Nā in præcedente libro ni
hil in se dictiones proprietatis aliud continent, nisi quod literas a
capite sibi præpositas respiciant. In quarto autem libro quæ nunc
uerfamur in manibus singulæ dictiōes proprium in uigorem cō
tinent, & litteras nihilominus antepositas designant. Intus habēt
quod foris exhibent, quia secunda litera cuiusq; dictiōis ocul
to semper deseruit mysterio, quod sequēti manifestum faciemus
exēplo. Ecorach banafar dulay femalas, eborion furiel anephor
scabaras, busarat uimalo tropon tumelech amafar. Pro buius in
tellectu mysterij de qualibet dictiōe secundā duntaxat literā ac
cipito & inuenies hunc sensum latentē, Caue hunc uirū. Nā secū
da litera in Ecorach est c, in banafar a, in dulayu, in femalas e. con
iunge has quatuor literas & facient hoc uerbū, Caue. Sicq; proce
datur in reliquis usq; ad finem libri, & si quid occulti restat myste
rij scribendū, totiens recurratur ad principium, donec arcanū in
toto fuerit completū. In hoc modo secretissime scribendi, si quis
per longum usum fuerit exercitatus libro non indiget, sed ex tem
pore dictiōes suo proposito cōuenientes facile componet. Qui
autem minus in componendo exercitatus fuerit, libri copiam de
quo scribat necessario requirit. Lectori exemplar uoluminis non
erit necessarium, quippe cum sine libro per literas ubiq; secundas
facile latens queat inuenire secretum. In rebus tamen magnis, ar
duis aut periculosis, huic modo scribendi non satis tuto credere.

tur, propterea qđ industria periti hominis a casu posset occultum
inuenire mysterium. Potest autem & iste modus scribendi p uirū
intelligentem mutari, ut literæ significantes in tertio uel in quar
to dictionis loco ponantur dictionibus alteratis.

EXPLANATIO IN QUINTVM LIBRVM

polygraphiæ nostræ breuis.

IN quinto polygraphiæ libro uarios occulte scribendi modos
per transpositionem literarum communium tradidimus, tali
coördinatione dispositos, quod eorum uelamine omnia tuto
scribere ac nūciare absenti amico poterimus. Est autem, ut nostro
more loquamur, transpositionis literarum progressus pene infini
tus, dum ex alphabeto uno per metathesin innumerabilia con
surgunt. In primis tabulam descripsimus rectam, alphabeta quar
tuor & uiginti continentem, per cuius intelligentiam tot poterūt
alphabeti cōponi, quot stellæ numerantur in firmamento cæli.
Quot enim in ipsa tabula sunt grammata, totiens consurgunt ex
arte decies centena milia per ordinem alphabeta. Post hæc tabu
lam distribuimus auersam, quæ totiens consurget in aliã, quoti
ens literam mutaueris a capite primam. Est autem litera prima in
tabula recta b, & in auersa z. In quarum locum quotiens reposu
eris quamlibet aliam, uariatam totiens inuenies tabulam per o
mnia nouam, & ita usq; ad infinitum. Deinde primam tabulam
rectam expandimus, unicuiq; literæ transpositæ nigræ illã quam
repræsentat ad caput eius cum minio collocantes, ut modum scri
bendi faciliore lectori præberemus. Est autem modus iste scri
bendi, ut in primo alphabeto nigro, capias occultæ sententiæ lite
ram unam, de secundo aliam, de tertio tertiam, & sic consequēter
usque ad finem. Quo cum perueneris, totiens ad ordinem primū
redeundum memineris, quousque mentis tuæ secretum my
sterium occultādo compleueris. Verū ut ordinem uideas, por
namus exēplū. Hxpf gsbmcz fucib gmbt gxbsr ege rbd qop
ma uuu. wfxegk ak. tr qxyx. Huius mystici sermonis senten

ita est. Hunc cauetō uirū, quia malus est, fur, deceptor, mēdax & iniquus. Cernis iā nunc lector quā mirabilē transpositionē literarū alphabeti hęc tabula reddat, cū sit nemo qui sine noticia eius hoc ualeat penetrare secretū. Excedit enim modus iste scribendi omnē transpositionē literarū communē, cū unaquęq; litera semp de una serie alphabeti mutetur in aliam. Ex tabula quoq; uerba quā simili distributione per ordinē expandimus, pro introductiōne tale ponamus exemplū. Rdkl, ftzbyb, teuqz, lnzf, ldrgb, vfd. Cuius arcani sensus est talis, Hunc cauetō uirū, quia malus. Et nō tā qđ sub exemplo tabulę recte iā posito seriē occultā a principio per torū eius deduximus, & deinceps cōtinuādo similiter pauerfam, rursusq; circulū facimus, ut cernis ad principiū tabulę rectę. Vnde considerandū qđ series una scribendi per utrāq; tabulā pōt deduci, quēadmodū in primi demonstratione exempli iam fecimus, aut si malueris per unā solam, sicuti nos in uerba sufficiēter ostēdimus. Nec faciet difficultatē lectori ad quem tu nunciū mitis erit experimentū. Validissimū aut documentum quod scientiam auget, est usus in arte qualibet frequentatus. Post expansionē uero tabularū qđā sequuntur orbemata, in qbus nō solū fit literarū oīm trāspositio, sed etiā unī⁹ sup aliā ordinata trāsilitio. Nā orbema gręce, trāsilitio nūcupatē latine. Et in primis qđē saltū literarū in expāso signauim⁹, postea in orbema reduximus. Fit autē in orbematis huius opatiōe salt⁹ mirabilis. Alphabeti in eo sunt q̄tuor & uiginti. In primo nulla intermediat littera. In secundo uero una. In tertio duę. In quarto tres. In quinto quatur. In sexto quinq;. In septimo sex. In octauo septē. In nono octo. In decimo nouē. In undecimo deniq; decē, & ita cōsequenter usq; ad quartū atq; uicesimum alphabetum, in quo literę intermediant tres & uiginti, postea regressus fit similitudinīs ad principiū. Modus autē in orbematibus pro mysterio scribendi similis est illi qui obseruatur in tabulis transpositionis literarū, ut uide licet scripturus ad regulā orbematis, de quolibet alphabeto nigrā capias literā dūtaxat unā, quā scripta minio demōstrat a capite. Ad cuius intellectum

ponamus exemplū. Prdb. ifyqyn. bdyen. 3bkt. 6xfol. inq. Sentētia cuius hæc est. Hunc caueto uirū, quia malus est. Cū inter scribendū ad finē orbematū pueneris, & inceptū arcauū cordis tui nec dū fuerit cōsumatū, toties ad principiū tibi noueris recurrēdū, do nec mysteriū fuerit p oīa cōpletū. Et scias quod ex orbemate literarū uno tot cōponuntur alphabeta, quotquot habere inquisitor studiosus optauerit. Deniq; hic modus scribēdi p orbemata, id est trāsilitiones & saltus omniū est securissimus, propterea quod literarū nō uniformis, sed multipliciter uariata cōsurgit transpositio. Et notandū qd uera & pfecta cognitio tabellarū & orbematū, si fueris industrius & studiosus, tibi dabit intelligentiā omniū scripturarū quæ per trāspositionē quomodolibet exarātur literarū. Et est magnū secretū qd pauci nouerūt, omnes posse inuenire sententias in transpositione literarum quacūq; occultatas.

SEXTI & ultimi polygraphiæ libri explanatio breuis.

IN sexto & ultimo polygraphiæ libro quosdā ueterū characteres quibus pro literis fuerūt usu cōportauimus, ut si quis propriū sibi alphabetū ex eius uoluerit usurpare possit quāq; me diocriter peritus dū uelit characteres sibi q̄at excogitare pulchriores. Oīa huius libri synthemata satis apta sunt & manifesta, propterea nulla uel breui explanatiōe indigēt. Ea tñ q̄ nos extāt nouiter inuēta, certā declarationē requirūt, ne fortassis absq; ratione posita uideantur. Literas in primis latinorū oēs fecimus more hebræorū & græcorū numerales, uerecundū nobis existimantes si reperiamur illis in hac parte inferiores. Quid em̄ qd certas duplicauimus literas ut sufficerēt ad numerū infinitū, cū id ipsum dudū fecerint eadē cōpulsū necessitate Iudæi. Et græci propter defectū literarū notas quasdam admiserūt in numerū literas duplicare non ualētes. Nos autem quia pari literarum urgemur defectu, notas admissimus duas uidelicet istam &, quam nostri ponunt scriptores pro et, nec refert sic scribatur, &, uel sic, &, modo sex representet in numero. Alteram uero adiunximus 9, quā nostri abbreviādo

scribunt pro con & com indifferenter, & hic in ordine numerorū
 representat sexcenta. Literas autē eadē necessitate duplicauimus
 duas, uidelicet, r, z, & s, quarū r. significat nonaginta, curū uero
 z. centū. s. longū ducenta, & s. clausum trecenta. Porro w gemina
 natū, quā propter theutonici sermonis rationē in ordinē alphabe
 ti locauimus, ultimā representat literā, & in serie numeroꝝ mille.
 Huius nouæ adinventionis nostræ ad numerorū rationē tabula
 re ponamus exemplū, ut qui scire modū uoluerit, certū ante ocu
 los habeat documentū. Quod em̄ & bebræis & græcis semp faci
 le extitit, nobis impossibile non erit. Sequitur tabula numerorū.

A	i	o	lx	wf	vī	ws	ccc
b	ij	p	lxx		vīj	wt	cccc
c	iiij	q	lxxx	wg	vīij	wu	d
d	iiiiij	r	lxxxx	wb	viiiij	wv	dc
e	v	z	c	wi	x	wz	dc
f	vij	s	ccc	wk	xx	wx	dcc
g	viiij	t	cccc	wl	xxx	wy	dccc
h	ix	u	d	wm	xli	wz	dcccc
i	x	o	dc	wn	l	ww	x
la	xi	x	dcc	wo	lx		c
ib	xii	y	dccc	wp	lxxx	wwb	xx
ic	xiiij	z	dcccc	wq	lxxxx	wwc	xxx
id	xiiiij	w	l	wr	lxxxxx	wwd	xli
ie	xv			wr	c	wwe	l
ix	xvi	wb	ij				
if	xvii	wc	iiij				
ig	xviiij	wd	iiiiij				
ib	xviiiij	we	v				
k	xx	wz	ij				
l	xxx						
m	xli	wc	ij				
n	l						

ww&	$\overline{\text{lx}}$	wwf	$\overline{\text{ccc}}$	wwr	$\overline{\text{dcccc}}$
wwf	$\overline{\text{lxx}}$	wwm	$\overline{\text{cccc}}$	wws	$\overline{\text{x}}$
wwg	$\overline{\text{lxxx}}$	wwn	$\overline{\text{d}}$	wwf	$\overline{\text{xx}}$
wwb	$\overline{\text{lxxxx}}$	wwo	$\overline{\text{dc}}$	wws	$\overline{\text{xxx}}$
wwi	$\overline{\text{c}}$	wwp	$\overline{\text{dcc}}$		
wwk	$\overline{\text{cc}}$	wwq	$\overline{\text{dccc}}$		

Sufficientē numerandi modū p̄ l̄as latinas more hebræorū & græcorū ostendimus, quē per digressum isthication ab iliter col locauimus, quanq̄ & in libro sexto prius habeatur. Per hoc uero quod progredientes numerū hic nostrū in trigēses centies centū milibus conclusimus, deducibilē fore in infinitū patēter declaramus. Si cui modus iste numerorū displicet, facile poterit excogitare meliorē. Imitatione quoq; Nortmannorū ex præscriptis literis numeralibus nouū ordinauimus alphabetū, per quod amico absentī tuto scribere ac nunciare poteris omne quodcunq; uolueris arcanū. Tam uero secretus est modus iste scribēdi q̄ & nouus & ante nos nunq̄ uisus uel auditus, ut mihi penitus uideatur impossibile quod intelligi possit ab aliquo sine ministerio docentis. Sed iam nunc eius alphabetum ponamus.

a a	1	f g	7	ic n	13	ib t	19
b b	2	g b	8	id o	14	k u	20
c c	3	b i	9	ie p	15	kax	21
d d	4	i k	10	i& q	16	ky	12
e e	5	fa l	11	if r	17	kc z	13
& f	6	ib m	12	ig s	18	kd w	24
						c	ñ

Habes ecce iam hęc alphabetū ex literis romanis numeralibus ad imitationē normannorū, cū quo scribere ac nūciare tutissime poteris amico absenti quæcūq; uolueris, & nemo latēs tuū poterit penetrare secretū, præter illū qui nouit artis arcānū. Oēs enim qui scripturā uiderint, literas existimabūt esse transpositas, & frustra in earū supputatione laborabūt, ponamus exemplū. Iaaiuid ifeib, icifeigeiccbkib, cakeibid, i&kabk, gidibid, tīgib, iccīgib, ibkig, &kif, iaaiuid, ibeicadaka, eib, icci&kaiib. Huius scripture latens sentētia talis est. Latore præsentū caueto, quia homo ē pessimus, fur, latro, mendax, & nequā. Huius demonstratione exempli facile datur intelligi q̄ tutus atq; securus sit modus iste scribendi uniuersaliter in omni lingua scriptori cognita, & in omni causa uel negotio quantūlibet arduo, secreto, magno uel prolixo. Nec puto hominē uiuere in mundo qui ex proprio ingenio sine docēte hęc ipsam legere scripturā possit. Omnes enim qui uiderint eā nihil existimabūt aliud q̄ literas esse transpositas, & cū earū intelligentiā nancisci nequuerint, desperatione tandē fatigati ab investigatione cessabunt, & manebit quicquid scripsisti occultū. Nemo enim ut ego existimo, industriā hęc occulte scribendi suis uiribus penculabit quæadmodū ipsa est, nisi aut polygraphiam, seu eius hęc clauē ad manū habuerit, aut ab alio fuerit institutus. Ex literis etiā his numeralibus dari & alia possunt alphabeta plura secundū ordinē numerādī, quādo nō ab unitate sed a quolibet alio numero sequente scribendi alphabetice sumeretur initiū. Sed in eo progressu noueris præcauendū, ne pro una litera plus q̄ duę numerabiles ad præsentandū eā capiantur. Vnde cum peruenieris ad *ww*. hoc est decies cetera milia, gressum siste, nec ulterius eua geris, ne grammaton multitudo scribendi pulchritudinē deprauando confundat. Sufficiunt enim post unitatem seclusam, & decies centum milia, ta grammata inclusa, ad alphabeta singularia fere triginta. Primi tamen alphabeti modus cum unitate incipiēs tanto ad inuoluendum scriptis arcana pulchrior est, quanto breuior atq; simplicior. Scripturā deniq; reddit minus tortuosam.

Ordinauimus & aliud alphabetum latinis literis ordine cōsu-

so distributis, & absq; norma transpositis, cuius imitatione fieri
& alia poterunt pene sine numero. & eius iā ponitur similitudo.

o	a	t	g	c	n	o	t
p	b	b	b	a	o	k	u
q	c	u	i	b	p	n	x
r	d	w	k	y	q	m	y
i	e	x	l	d	r	l	z
s	f	z	m	g	s	f	w

Ponamus & huius alphabeti exemplū, ut probemus in eo posse latere secretū. Gquog, o; uqi, ykar, din, uc, qacq; xua, riqdiku, si, aq; qurixrkz, skti, idta, ykoc; aq; uk; uc, coddotacuoz, osoqui, iukg, ci, bidio; g. Hæc autē scriptura talē in se continet sensum. Sci; as amice quod rex in cōsilio decreuit te occidēdū. Fuge ergo quā; tortuosius in narragoniā a facie eius ne pereas. Iste quoq; modus scribēdi tortuosus est, & nulli subiicitur normæ regulari, quippe qui ad placitum scribentis per fortuitam transpositionē uariari & mutari potest quantum quisq; uoluerit. Consequenter notandū qd in fine sexti polygraphiæ libri alium scribendi modum per notas tradidimus numerales quas uulgo ziferas nuncupant, sub cuius uelamento secure scribes ad amicum absentem quicquid uolueris, & nemo imperitus artis uel inuenire uel suspicari poterit late re secretū, maxime si regulæ quas dedimus super bis diligētī cautela obseruentur. Hoc est quod cartha formetur in modum tabulæ astronomicæ, quasi contineat aliquid ad rationē syderum pertinens, ita uidelicet ut interponantur characteres signorū uel planetarum, ut is cuius manus forsitan a casu inciderit tabulari similitudine adductus nihil arbitretur in ea latere secreti, sed ad suppurationem aliquam astronomiæ pertinere omnia existimet. Ordī nauimus autem duodecim alphabeta iuxta numerū duodecim signorum zodiaci, unicuiq; numerum uiginti quatuor loco literarum tribuentes, quorum primum arietis ab unitate incipit, & in uiginti quatuor terminatur. Consulimus tamen in rebus ma-

gnis & arduis ab unitate cauendū, propterea qđ is scribendi mo-
dus propter ipsam facile possit esse suspectus. Verū quicūq; natu-
rali sua uoluerit industria uti prudenter, ex nostris inueniet subti-
liora, & quæ nos nō satis polita tradidimus, facile reddet meliora
In orbemate nūerali magna latēt arcana, q̄ si quis proprie intelle-
xerit, plura numerorū mysteria penetrabit. Nobis em̄ nec tēpus
erat nec ratio hac uice omnia profundere in publicū, sed nostro iu-
dicio satis fuerit qđ fecimus pro institutione illoꝝ quibus nostra
olim placebūt inuēta, ut modos habeāt plures nō solū occulte scri-
bendi qđcūq; uoluerint ad participes industriæ absentes, sed mo-
dū etiā unū producēdi in plures meliores & subtiliores iuxta uni-
uscuiusq; capacitātē intelligentiæ. Itē cū orbemata nūerorū sa-
tis in locis suis sint aperta & manifesta simul & earū tabulæ expā-
sæ, nō fuit isthic necessariū semel dicta replicare, ne prolixitas ni-
mia tediū lectori generaret. Sed & p̄ numerorū figuras exemplū
ponere scribēdi secretius nō existimaui necessariū, cū nulla sit in
modo sciendi difficultas, apud oēs qui in uel mediocri uigent in-
genio. Simili facilitate signa numerādi uetustissima quæ reduxi-
mus in lucē poterūt intelligi & cōprehendi, quibus numerorū co-
gnitio producit in infinitū. Quotiens em̄ minori numero uirgu-
la supra ponitur, millenarius designatur. Nā \bar{x} . decē milia. \bar{c} . cen-
tum milia. \bar{m} . mille milia. \bar{x} . decies mille milia. \bar{c} . centies mille
milia. \bar{m} . milies mille milia significat, & ita consequenter quous-
q; & quantūcūq; progredi numerando uolueris sine termino.

Explicit polygraphiæ clauis Ioannis Tritemij abbatis

Pæapolitani, ad Maximilianū Cæsarem. Impref

sum ductu Ioannis Haselberg de Aia

bibliopolæ, anno a Christo na-

to M. D. XVIII.

Men. Iulio.

ORDO TERNIONVM POLYGRAPHIAE.

a	miserere	Obtinent	cæli semp.	terra panē.	.
Polygraphiæ	F	N	V	d	malach da
Ad diuina.	soleraſti	pulcherri.	pienter el.	nos induc.	naſor para
Pinax ſiue	deus	occifis. Et	miferis do.	gratia ple.	haſar mat.
per annos	mentes	curant dei	aſtute dece	mulierib⁹.	dabri cam.
b	pietatem	Propter h.	legimus	e	m
Ad memora.	G	O	X	noſtra fal.	paſan ma.
cera, pura.	uani.	europā fri.	uita miſeri	filij euz.	ramatba
quoties a uē.	nos	noſtra rapi	ora culpis.	ſientes lac.	baraſan.
Indiculus	uitam ami	nos uideri	ieſum chri	aduocata	hamar pa.
A	reſtor	diuitias fa.	mundi ma	f	n
Deus	H	P	Y	oſtende	hamar par
impendat	exigentib⁹	partē nati.	matrē uitæ	Salue chri.	panas laba
ſanctis	plures	elegit. Cla	meritis ui.	ſanctiſſim.	haſor maſ.
creatoris	tribulant	deuote.	dolus per.	nobis miſe	ſanaſar ma
multis	paſtor	cōmiſerea.	miſere ten.	g	baron ma.
B	I	Q	Z	re homine.	o
miſeri	maligni	uitam elec	capiēs car.	cadalam	Ioan. Trit.
conuiuia	uniuerſorū	O uita om	magna uir	boda oma	Reſta trāſ.
introducū	utiliter	ſerui mag.	uita repara	pha	Prima fig.
uanis	uide	oramus di	uitijs noſt.	h	Tertiā fig.
C	k	R	a	rhamā feſ.	p
homines	Recōmen	Ortum in.	orta fideli.	ophiran	Quarta ſi.
male	omnium	ſummi ſo.	uirgo om.	pana meda	Orchema
deficientis	magnam	celebrem⁹.	meritis æt.	moda aſch	ordo litera
Cogitate	uitia acti	uitam dat.	cōcepifti	i	Ordo lite.
D	L	S	b	nemas ho.	q
regno	ſucui	labe miſeri	piā mat er.	aſtrofal.	preſentant
Beatorum	ſiculi	creatoris	miſeris cre	meraſa.	Sed tranſe.
deſicit	cauillonēs	deuote ora	noſtrum	ſolama aſa	publicam.
fratres	tauciati	mali remi.	piſſima	k	oſtia rhenſ
E	M	T	c	mera doraf	r
ueſtrum	uani chriſt	pacis debi.	Pater noſt	atropas.	dū. Liber.
uitam	ſancta fide	debilium	ſanctificet	dromat.	Orchema.
noſtet	impijs tur.	ſanctis in.	fiat uolun.	baſchay	Secūda ta.

CANON FOLIORVM CLAVIS POLYGRA.

A	B	C
Clauis poly.	penetrare. po	ponamus ex
In explanati.	quæ adhuc	Sufficientē
ſtū. Spirami.	cibus infini.	ſo diſtributis
licet quidam		

444


ORDO TRIGESIMVS POLYBIVM


1	1	1	1
2	2	2	2
3	3	3	3
4	4	4	4
5	5	5	5
6	6	6	6
7	7	7	7
8	8	8	8
9	9	9	9
10	10	10	10
11	11	11	11
12	12	12	12
13	13	13	13
14	14	14	14
15	15	15	15
16	16	16	16
17	17	17	17
18	18	18	18
19	19	19	19
20	20	20	20
21	21	21	21
22	22	22	22
23	23	23	23
24	24	24	24
25	25	25	25
26	26	26	26
27	27	27	27
28	28	28	28
29	29	29	29
30	30	30	30
31	31	31	31
32	32	32	32
33	33	33	33
34	34	34	34
35	35	35	35
36	36	36	36
37	37	37	37
38	38	38	38
39	39	39	39
40	40	40	40
41	41	41	41
42	42	42	42
43	43	43	43
44	44	44	44
45	45	45	45
46	46	46	46
47	47	47	47
48	48	48	48
49	49	49	49
50	50	50	50


ORDO POLIVM CLAVVS POLYBIVM

1	1	1	1
2	2	2	2
3	3	3	3
4	4	4	4
5	5	5	5
6	6	6	6
7	7	7	7
8	8	8	8
9	9	9	9
10	10	10	10
11	11	11	11
12	12	12	12
13	13	13	13
14	14	14	14
15	15	15	15
16	16	16	16
17	17	17	17
18	18	18	18
19	19	19	19
20	20	20	20
21	21	21	21
22	22	22	22
23	23	23	23
24	24	24	24
25	25	25	25
26	26	26	26
27	27	27	27
28	28	28	28
29	29	29	29
30	30	30	30
31	31	31	31
32	32	32	32
33	33	33	33
34	34	34	34
35	35	35	35
36	36	36	36
37	37	37	37
38	38	38	38
39	39	39	39
40	40	40	40
41	41	41	41
42	42	42	42
43	43	43	43
44	44	44	44
45	45	45	45
46	46	46	46
47	47	47	47
48	48	48	48
49	49	49	49
50	50	50	50

Handwritten mark or signature at the bottom right corner.







5

32-17914

FABYAN
Z103
Tas
1518
Copy 2
RARE Bk
Coll

32-17914

holacq
by. ero
avcoq
C

